

**05**

**A**

**2129**









EXERCITATIO PHILOLOGICO HISTORICA  
PRIMA

18.

De

Fictitia Denomina-  
tione Idololatrici Sacrificii Missæ  
à Papicolis

Ex

בְּסוּרָה

Deutero: XVI. Comm. X.  
erui solita;

Jehovæ Gratiâ ,

In Illustrissima VVittebergensi

SUB PRÆSIDIO

M. JACOBI Rosers /

Sondershusâ Svartzburgici,

Publicæ Φιλολογέντων ἐξετάσει  
sistitur,

à

CHRISTOPHORO Teubern /

Levvenhagensi Borusso

ad d. Octobris horis antemeridianis

In Auditorio Veteri.

---

WITTENBERGÆ,

In Officinâ FINCELIANA exscribebat MICHAEL METER,

Anno c1b 1c6 LXVII,



EXERCITATIO PHILOLOGICA HISTORICA  
PRIMA

Ficticia Denominatio

tionis idololatricae sacrificii  
a Papiacolis




M. JACOB ROBERT  
229 A 50  
Sonderdruck Svarthburg

CHRISTOPHORO SCHMIDT

MILLENBERG  
in Officina MICHAELISIANA excudit MICHAEL METZ  
Anno 1747





Vod de Nerone jam nulli non crudelissimæ  
 immanitatis sævitiaq; generi mancipato, manibus  
 generosiorum quorumvis sanguine cruentatis tan-  
 tumq; non virtute ipsa excisa, Historicus (a) conque-  
 ritur, inqviens: *Nihil tamè gravius auribus, quàm quod*  
*vitia ejusdem (Neronis) enarrarentur, accidebat, qui*  
*ut faciendis sceleribus promptus; ita audiendis, quæ fecerat, insolens erat,*  
 quasi nunquam ulli sceleri affinis fuisset. & dilectissimo Romuli nepo-  
 tum (b) præsentissima audit Reipublicæ perniciēs, cum sic in fit: *Totius*  
*injustitiæ nulla capitalior pestis est, quàm eorum, qui tum, cum maximè fab-*  
*lunt, id tamen agunt, ut viri boni esse videantur;* Id de vertiginoso im-  
 pudentissimoq; Papæorum Spiritu citra injuriam promunciate nobis  
 videmur. Ut enim laudati insignitiori flagitio Rempublicam miserè  
 lacerant, atq; funditus evertunt, nihil tamen minus, quàm Reipublicæ  
 exitio videri gellunt; sic hi, licet nihil intermittant quicquam, quod  
 Scripturæ venerandæ autoritatem imminuere, atq; convellere queat,  
 nescio quibus non scommatibus: jam nasum cereum ad res profanas,  
 & impias probandas flexibiliorē, & faciliorem, quàm facilè est ex  
 pedibus, aut semipedibus aut Penthemimeribus Virgilianis Epithala-  
 mia, seu quidvis aliud congerere quispiam possit, ut Baronius apud  
 Casaubonum (c): jam, si autoritate Ecclesiæ destituatur, non plus per  
 se valere, quàm fabulas Æsopi, quàm blasphemiam sacrilego ore per-  
 ditissimus ac damnatissimus hæreticus Pihgius eructavit: jam Alco-  
 rano Bellarmino (d) mitiori cæterà ut eruditiori comparatur, virulen-  
 tissimis excipientes; suos tamen execrandos, detestandosq; quia & i-  
 psam scripturam acerrimè impugnantēs errores ex scriptura evincere  
 satagunt. Scilicet sic culpam, quàm contraxerunt, impudentia de-  
 fensionis augent. Verbis fidem, si quædam alia, faciet, quàm sibi titulum  
 præfixit, materia. Missa enim, quàm errorum *σμήνη* scaturignemqve  
 non nemo non minus rectè, quàm eleganter appellitat, ut ut pugna  
 plusquàm diametrali Sp. Sanctum per scripturam loquentem impu-  
 gnet, in scriptura Patrociniū, frustraneo tamen conamine anqvirere

(a) Tacitus lib. 15. annal. c. 67.

(b) Cicero lib. 1. offi.

(c) Exerc. 16, ad ann. 34. num. 215.

(d) l. 4. c. 4. de V. D.





(e) Tacitus h. v. Ann. 6. 10

fatagunt, eandemq; sua eunabula in scriptura suspendisse impudentes admodum propugnant. Larvam ergo hanc absq; ira & studio, quorum causas quivis cordatus procul habet ( e ) σὺ θεῶν ἀλάμια nonnullis exercitationibus sumus detracturi, imbecillitate fundamenti, an dicam, vanitatem commenti, prolixius non nihil, ut par erit, exposituri sumus.

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

§. I. **N**on equidem jam vastum illud mare ingredi propositi nostri est, atq; evolvendo involvere, an Missæ Sacrificium in statu integritatis locum habuisset, quod Thomas rectè cum Bonaventura contra Gregorium de Valentia, ut superfluum negat, nulliusq; usus speculationem rejicit; an hoc statu instinctus naturæ olim Patriarchis, & etiamnum cuivis cultum sacrificialem injungat, quod non neminem magno conatu contra principes Philosophorū, Platonem, Senecā &c. nugari vidimus; an v Idololatriæ cultus in Deum, injuriusq; sacrificium hoc παχυλῶς sic dictum, gloriam ejusdem diminuens, meritum θεανθρώπων in minutas partes quasi disseccans, venerandæ antiquitati primitivæq; Ecclesiæ ignoratus, solis autem traditionibus sequiorum temporum ortum debeat, sanctisq; quibusvis etiam tum temporum abominabilis fuerit. Illud etenim μεταβάσεως εἰς ἄλλο γένος proculdubio nos argueret, dudumq; ab edocumata eruditionis viris, eorumq;ve facilè, dum viveret acutissimo, D. Dorscheo mortalitati exempto, in tractatu de Missâ contra Herberum per totum undiq; evictum est. Hoc ex historia Ecclesiastica eruendum, quod jam, ut agamus, integrum nobis non est. Istud verò ut ut philosophi; prolixiorem tamen meretur operam, quàm pagellarum angustia caperent, ergò in eo nostra occupabitur tantum industria, an vox Missâ ( nec enim de re, quàm volunt Papæ, an eadem per דמית juge, Dan. 8, 12. & c. 9, 29. aliisq; firmiter evinci queat, jam solliciti sumus ) ex Sacro V. T. Codice in primis ex Deuter. 16, 10. cujus verba inibi hoc ordine conspiciuntur : וַעֲשִׂיתָ תָּג וְשִׁבְעוֹת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ מִסֵּרְתָּ נֶדְבָר יְהוָה אֲשֶׁר תִּתֶּן : בְּאֲשֶׁר יְבָרַכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ : i. e. Et facies solennitatem hebdomadarum Domino DEO tuo (juxta) sufficientiam spontis manus tuæ, quod dabis, quemadmodum benedixerit tibi Dominus DEUS tuus; evidenter colligi queat, eaq; obtenta profligatissimæ dudum causæ virium quicquam accrescat. Quod quidem accuratiores, si ex ipsorum opinione ipsos metiaris, nonnulli Papæ affirmant, ut ut plurimi, quod despe-





desperatissimæ causæ obscurum haud est indicium, qui apud saniores accuratiorum merentur encomium, dissentiant. Nos verò utrumq; negamus.

§. II. Non verò, ut non nihil exponendis adversariorum fundamentis tribuamus, eandem mentem consensumq; quod, quia *inter malos ietera facilius iste est*, inquit Tacito (f) mireris, omnibus ex hebræo deducturis esse reperire licet. Nonnulli n. cum Baronio contenti sunt, (qui tamen, ut rebus ante pauca secula confectis, aliquam auctoritatem conciliet, non rarò omnem licentiam fingendi superat, ut loquitur passim Casaubonus, (g) ut fidem non immeritò timere queamus) si provocare licet ad Jacobi *ἀδελφοὺς* Liturgiam, qua in vox hæcce reperitur, ab eodemq; ut Episcopo triginta annorum Hierosolymitano, Hierosolymitanis tradita conceditur, ut eandem ex hebraicis ita desumerit; post vero Petrum, & Paulum ejusdem & denominationem, & celebrationem Romæ instituisse, sicq; ad Posteriores transtulisse. Sed non sufficit hocce nasutioribus potius ac impudentioribus quàm accuratioribus non nullis recentioribus, quin ex ipsa scriptura errorem palliare sustinent, professi, ut non inficiantur, à Jacobo erutam vocem Hierosolymitanisq; consecratam fuisse Nomen claturam cum sanctissimo (sit venia verbo) sacrificio; non tamen eundem credendum primum hujus sancti monii autorem, quin potius in ipsis literis sacris hancce vocem reperiri usitatamq;, ut ex Deut. unicuiq; constare possit. Quid, inquit, Audaculus quidam Erfurtensis multis? Sit sanè exactè sanctos Patres primitivæ Ecclesiæ idem vocabulum non instituisse, nec (quod tamen minime largimur) usurpasse, nonne vel hæreticorum unanimi suffragatione Antiquitatem omnem anteverteret, si ex scriptura evinci queat? Quod sanè non nisi contumacia excoecatus negabit, ex Deut. XVI. posse, utpote cujus versus totidem literis *מִסֵּד* / quæ vox cum sit in regimine posita, uti loqvuntur, seu Substantivum habens à tergo Genitivum alterius Substantivi sequentis, non possit esse aliud nomen absolutum, quàm *מִסֵּד* / quod oblationem significaret, depromeret. Jam autem se per Missam aliud non velle, quàm oblationem s. sacrificium idemq; propitiatorium. Bellarm. (h) Becanus (i) Evcto verò hoc, & evidentissimè ostendo ipsam vocem Missæ ex sacris literis pro manare, sponte sua fluere idem à S. Jacobo ex lactis putra erutum Ecclesiæ Hierosolymitanæ

(f) l. 1. hystoriar. c. 54.

(g) Exerc. 1. p. 69.

(h) l. 1. c. 25. c. 862.

(i) l. 1. cap. 20. Manna. p. 302.



commendatum esse, ut ex Liturgia Jacobi autoritate Pii I. ejus seculi nullius hæreseos Episcoporum consensu confirmata, nemini non possit patere; Imò quis ausus fuisset inferere, nisi ab eodem in suam Liturgiam vox missa conjecta fuisset? Probabile insuper admodum esse, rem ipsam cum Nominis clatura per Petrum, & Paulum ad Romanos translata, accepta à Jacobo, sicq; per omnia fermè secula ad nos usque deductam fuisse. Quamvis si hisce invictissimis argumentis quis uti nollet, vel hoc sufficere, quod sit vox hebræa ab hebræis inter Christianos postea nomen profectos usurpata. *Si dixeris*, cur ergo hocce asylum prætermiserint non tantummodo; ast & repudiarint non adeo obesæ naris Papæi, puta Bellar., Gregorius de Valentia, aliq; innumeri, quos vide apud Meisnerum (l) quorum tamen priori, ut hyperaspysti fasces submitunt tanquam perpetuo literarum dictatori omnes, tantiq; faciunt, ut vel hoc solo Rempubl. suam inconcussam mansuram confidant, sed & ad hebræum (sic loqui liceat) ortum provocantes impugnent, atque potius ex Latino deducant, quasi Missa dicatur eò, quod oblationes & preces ad Deum mittantur, uti sentit Hugo. de Victo: , aut quod per oblationem, & consummationem nos Christum Deo Patri quasi transmittamus, uti habet Henricqvetz (m) aut deniq; quod populus dimittatur; Si, inquam, hujus divortii causam quæsieris, respondent hi censoros, hallucinatos esse hos, & rerum potius, quàm verborum (ò Bellarmine:

*Heroum quondam fortissime frustra,  
Ubi nunc DEUS ille Magister.*

*Nec quicquam memoratus eris, ubi fama per omnem,  
Italiam? Spolia illa tuis pendentia tectis.*

Pietatis, quam eruditionis magis, qui Latinis originem Missæ adscripserint, studiosos fuisse. Sic (n) Genebrardus. (o) Baronius. Et hæc potiora sunt, quæ urgent accuratiores. Vulgus vero Papicularum adhuc eqvidem impudentius in eundem finem Deut. cap. 5. huc torqvæ, teste Drusio, ad difficiliora loca (p) vocem Massah, nec non Mincha, quod Genebrardus quoque huc trahit, quod in Hebræo Professore mireris. Sed quia hæc vel cæco iudice cum voce Missæ nihil convenientiæ, aut ullam affinitatem habent, vel ipsos, quibuscum nobis res est, imbecillitatis suorum pudet, ut & nos frustra quicquam industriæ iis impendere pigeat. Justa tamen &

his

(l) Philosph.  
Sobr. qvæst. 16.  
part. 2.

(m) lib. 9. c. 10.  
num. 3. p. 511.

(n) lib. de libr.  
Apostol. cap. 7.  
(o) Ad an. 34.  
num. 59. Cap. 1.  
(p) in notis ad  
h. l.



his persolvit minutiis Philip. Melanct. in Apolog. Augustanae Con-  
fessionis, quæ videatur.

§. III. Sed nec tanti momenti paulo superius hinc inde conquisita  
sunt, ut inscitia hebraica lingua non ascribendum Missæ ortum, du-  
centes, jure coarguant, ut potius peregrinitatem suam publicè conte-  
statos fuisse, alios ignorantia turpis convicturus; illos vero candidio-  
res Pontificios, qui, insuper habito fraterculorum suorum odio, veri-  
tati refragari noluerint, ingenuitatis laude maciandos esse omninò  
putemus. Quorum numero accensemus Lorinum, qui prolixo secus  
sentientium contexto Catalogo in commentar. ad Deut. 16. (q) dissen-  
tit & Bellarm. l. ante à cit. hæreseos pontificia primipi larem, qui facile  
viderunt, & pueris etiam hæcce esse *εὐεξελεγχα*, & ad refellendum fa-  
cilia. Etenim si antiquissima hæc est nomenclatura Missæ, nec  
nove ficta; sed olim ex hebræo à Patribus deducta, ut loquitur Marti-  
nus Apileueta Navarr. (r) adeoq; scripturæ sacrae non infreqvens ipsa  
Apostolorum, eorumq; primorum tempora attingit, quo de ante Ba-  
ro: gloriantem inaudivimus, qui quæso factum est, ut, quod ipsis Apo-  
stolis non infreqvens in græca lingua non retinuerint, in primis cum  
Proph. & Apostoli juxta plurimos Pontificiorum verborum Autores  
sint, quamvis egregiè sibi aliisq; imponant! Cur Syrus antiquissimus  
sine controversia Autor, imò tantum non hæcce tempora attingens  
(ut ut quid certi definiti exactè non posse non nesciamus) aliæq; natio-  
nes minori reverentia ductæ erga hoc vocabulum, atq; erga Amen.  
Alleluja, Sabaoth, Oclanna, Sathan, Pascha, & sexcenta alia, ut hæc re-  
verentissimè servarint, istud verò unicum honore suo defraudarint,  
Eò magis, quo notum hebraicas voces per græcos ad nos devenisse.  
Si hebræo Idiomatici ortum acceptum fert, qui fit, ut Maronitæ Syriaca  
lingua utentes Missæ vocem non adhibeant, sed pro ea ulurpent *קדוש*  
sacrum, sanctum. Qui, inquam, factum, ut ne apud hos quidem, qui  
semper, ea lingua, ut ut non nihil corrupta, usi sunt, vox hæc sit conser-  
vata? Quid consentiens silentium lingvæ hebraicæ peritissimorum  
Patrum, qui aliquoties vertendo Codici sacro in græcum incubuerunt,  
Just. Ignat. Irenæ, loquor, Tertullia: Originem, Cyprian. Epiphan. a-  
liosq; volo, arguit aliud, quàm hæcce vocem non eum innotuisse; eò  
magis, quo intrà illud tempus haud rarò in scriptis, quæ etiamnum  
possidemus, de hocce sacramento, quod Missam ex mente Paparum

(q) Comm. ad  
Deut. 16. v. 10.  
p. 600.

I. Ratio.

(r) in Manl.  
cap. 25. n. opo  
746.

II. Ratio.

III. Ratio.

amu-



(s) Exer. 16.  
Num. 59. ad  
an. 34.  
(t) Bell. l. 1.  
cap. 1. de miss.

(u) part. 1. phil.  
sacr. c. 8. p. 367

Responsum ad  
argum.

æmulatur, prolixissimè egerunt? Inprimis autem mirari subit, quæ Hieronymus, qui tamen non tantum in Commentario in Aggeum hanc festivitatem particularius exponit, ejusque loci fuit Episcopus, ubi tam solenni die in actione adeò celebri conscripta fuit hæc vox, non fecerit mentionem. Ne Gry quidem apud unum extat, nec minimum ejus invenitur vestigium, ut Casaubonus loquitur. (s) Quorundam jam esset cum Bellar. (t) & ἀπευεσάτοις, ut sibi videntur, Etymologiæ Aristarchis quærere, cur in exprimenda voce latina Missa aspirationem omittant, quæ tamen in textu reperitur; sed nolumus cum insanientibus insanire, quin potius confitemur Cardinalem, indignum se suaque hebræa Grammatica, quæ aliqualem eruditionem in hocce studio prodit, quod quidem mireris, errorè commisse, fidemque de se conceptam maximè fefellisse. Quid enim notius, quam litera ם in vocali longa ( ) quiescentem ad radicem ac originem vocabuli minimè pertinere, adeoque in ejusmodi vocabulis latinè expressis communiter negligi, ut testes sunt biblia Tremellio Juniana, in vocibus Jehova, Ada, vid. Meierum in philolog. sacra (u). Imò Bellar. ipse vocem O-fanna absque aspiratione ponendo seipsum facile refutat. Rationes verò antea positæ conjunctim paulò altius reputatæ vanitatem conaminis haut obscure ostendunt, vel ipsis Papæis confessoribus. Neque quicquam obtinet locus, in quo non sibi videntur invenisse, quod pueri in faba, quo in םִִּׁׂ׃ reperitur, utpote in quo vox addita םִִּׁׂ׃ ne oblationem quidem, ne dum eam, quàm propugnare Papæi, si thesin suam velint φυλάττειν, tenentur, propitiatoriam. Cum enim, ut prius evincamus, paulò penitius eos consulimus, qui toti in acceptione horum vocabulorum enodanda fuerunt, edocemur vocem םִִּׁׂ׃ (nam םִִּׁׂ׃ ita scripta nullibi reperitur) vix hebraicam esse puram: sed potius accurate loquendo Chaldaicam, aut certè eam, quæ Chaldaeis cum hebræis communis adeoque & eandem sortiri cum Chaldaeis significationem, quorum è numero putatur esse בר. Jam autem tam certum est, quàm quod certissimum, Chaldaeis denotare hanc vocem per frequenter idem quod םִִּׁׂ׃ atque per illud persæpè exponi, quod םִִּׁׂ׃ nihil aliud significat, quàm sufficientiam, permultum esse. Evidentum illud dabit evolutio, Deut. 18. v. 8. Lev. 5. v. 7. cap. 12, v. 8. aliorumque locorum, in quibus nunquam םִִּׁׂ׃ per םִִּׁׂ׃ vel םִִּׁׂ׃ per sufficientiam expo.



exponitur. Neq; minus כִּרְבָּ / quod in hebræo est 2. Sam. 24, 15. Chald. para-  
 phraſtes per מִסְרָה reddidit, & Gen. 33, 9. eandem vocem per מִסְרָה /  
 quæ vox eandem obtinet ſignificationem. Conſtitetur illud Cornel. à La-  
 pid; fabularum ille cæterà egregius Patronus in fonte voces nunquàm  
 non per ſufficientiam reddens, locum puta Deut. 18, 8. Circa quem ſic  
 ſcribit: *In hebræo eſt: juxta ſufficientiam erit tibi oblatio.* Eadem ratione  
 Vatablus, Arias Montanus. Confirmat noſtram ſententiam Buxtorff.  
 (x) Quem E. alium ſenſum dare poterimus loco allegato, quam hunc: (x) *in lexico  
 Celebrabis hebdomadarum ſolemnitatem, Domino Deo tuo (juxta) ſufficientiam pag. 426.*  
 (tuam i. e. pro tuis facultatibus pro ratione opum tuarum) *ſpontanea ob-  
 latione manus tuæ, quam dabis prout tibi benedixerit Dominus.* Quod verò  
 dicitur, vocè מִסְרָה in regimine eſſe poſitam, ne id quidem largimur,  
 quamvis enim certum aliàs ſit, מִסְרָה in plurali in מִסְרָה transire apud He-  
 bræos, non tamen hic ut ſtatuamus opus eſt, cum & in ſtatu abſoluto  
 מִסְרָה apud Chaldæos reperiatur, quæ quid prodit 2. Samuel. 7. v. 18.  
 לִי אֲנִי לֹא אֶמְסָר non ego (ſum) ſecundum ſufficientiam i. e.  
 non ſum ſufficiens & Idoneus, pro eo, quod in Hebræo eſt מִי אֲנִי quis  
 ego ſum? Sed & licet ſit in regimine poſitum, non tamen niſi ſufficien-  
 tiam, minus a. oblationem ſ. ſacrificium ſignificare poteſt, ut rectè Pon-  
 tificius Petrus Picherellus colligit (y). Nec moramur, quod non nemo  
 urget, ſic fidem Ver. Interpretis periclitari, qui per oblationem reddidit,  
 niſi abſurde eundem planè non verſam hanc vocem, dicturi ſimus, præ-  
 termiſſe. Nam ut jam in ſuis παρορμάματα, quibus quæ typographorum,  
 quæ amanuenſium, quæ ipſius interpretis partim incuria, partim igno-  
 rantia ſcatet, ut de ejusdè deviatione, & digreſſione (quam ex Elephan-  
 to muſcam non faciens, errorem vocaſſet) querela extat viri undiquaq;  
 celeberrimi Pauli de S. Maria Episcopi Burgenſis & Cancellarii Regis  
 Caſtellæ Comment. ad Num. 36. v. 6. 7. 8. Vid. Qviſtorp. in Annot. Biblicis  
 ad h. l. p. 188. 189. nec minus Eraſmi in Comment. in N. Teſt. cum inquit:  
*Quisquis is fuerit, nonnunquam vel dormitaſſe, vel hallucinatum fuiſſe res  
 ipſa clarè teſtatur*, jam non protraham, quod plurimi fecerunt, Leus-  
 denium diſſert. 24. de Maſora p. 259. adde Calov. in Syſt. qv. 35. p. 485. 6. &  
 Crit. Sacr. pag. 642; tantum notamus, abſurdè abſurdum pronunciar  
 Interpretem veterem vocem non redditam prætermiſſe. Nam ut jam de  
 hac ipſa voce, ut de qua eſt κενόμεινον, nihil addam, de qua tamen

(y) *In opusculis  
 Theolog. c. 1. de  
 Miſſa p. 90. Et  
 de explicat.  
 Verborum Cæ-  
 ne pag. 67.*

(z) *Vid. Hot-  
 ting. l. 1. c. 3. de  
 transl. Maſo.  
 Et Kab. ſect. 7.  
 de Verſio Græc.  
 Et Lat.*

B

certis-



certainissimum est, præter missa voce **מִסָּח** unicam **מִבְּרָר** in has duas Oblationem spontaneam vertisse veterem Interpretem, (quod in hac ipsa voce ipsi neutiq̄am insolens, quin potius Num. 29, 55. **מִבְּרָר** vertit spontaneas oblationes Amos 4, 5. Voluntarias oblationes Levit. 22, 15. sponte offerens & c. 24, 38, quæ sponte tribuitis, imò & ipsum singularem **מִבְּרָר** Esd. 1, 4. Quod voluntariè offerunt) adeoq̄; nec per ipsum significare posse vel oblationem nedum voluntariam, Quæ quæso voces **הַשָּׂר** Genes. 25, 7. Qvi Gen. 44, 7. **חֲלִילָהּ** (absit)? Qvi Lev. 5, 7. & 11? Certe aliquot voces prætermisit. Idem observatur Deut. 4, 2. Jud. 4, 4. **שָׂר** (fæmina) 1. Samuel. 17, 13. **שָׂר** Isai alibiq̄; passim. Vide Qvistorp. (z) Imò & contra textum particulam *quam* necessariò ponendam Hebræo: 3. v. 3. omisit annotante Qvistorp. (aa) Quod si ergo Vetus Interpres non reddidit vocem **מִסָּח**/neq̄ve eandem per oblationem exprimere protuit, neq̄; Missa, quam oblationem notare volunt, ex hoc extorquebitur, ut ut inferius ostensuri simus, quantum quidem nobis licebit, nihil quicquam corroborari Pontificiorum causam, licet oblationem significaret. Nec majorem industriam exposcit illud, quod de Jacobi fratre Domini Liturgia urgent, ac si eidem Hierosolymitanæ Missam suam acceptam ferre deberent, quo de tam securè fabulantur, qua sunt Impudentia, ac si absq̄; piaculo de hujus fide ne subdubitari queat. Unde n. illud probabitur? Ex quo Patre purioris seculi, (quam ætatem infantilis homo, ne quid gravius dicam, infantilem non nemo vocat), hocce evincetur? Papæ v. Pii decretales, quæ in subsidium trahuntur, subsidio indigent ipsæ, eandemq̄; fidem merentur, ac ipsum commentum de Jacobi traditione, ut inferius impudentius adhuc adversario urgenti demonstrabimus. Addimus tantum hac vice ex Casaub: (bb) *Pii Papæ, et cæterorum omnium paparum primi, et secundi seculi* (non dicam ferè tertii, quod addit laudatus Autor) *scriptæ i. e. quæ sub ipsorum nominibus circumferuntur, esse nomina adulterina, et à planis, atq̄; impostoribus profecta, ut vel ipsi Pontificii, ex quibus Cardinalem Cusanum laudat Casaubonus, non dissententur.* Dicitur quidem Pius I. Baronio proximus Apostolorum temporibus. Sed id reliquis *παρορμασι*, adnumeramus, vel potius simulatæ inscitæ hoc est malitiæ. (quomodo n. hæc annalium conditor ignorare potuisset) Quot n. Pium anteverterunt Doctores Ecclesiæ? Justinus Irenæus, quorum ille A. C. 120. Hic v. paulo post Lugduni Martyrio cum suis

coro-

(z) Annot.  
Bibl. p. 204.

(aa) Ann. Bibl.  
in N. T. p. 381.

Resp. ad II.  
Ratio.

(bb) Exer. 16.  
num. 59. p. 418.



coronatus est, viginti a. eò amplius Annis ipsum superant. Quo ipso si-  
mul superius allata confirmantur. Hos v., cum Pium præcesserint, hujus  
tam pretiosi à Jacobo depositi memoriam tantillo tempore obliterari  
passos fuisse, ut ne nomen quidem non infreqventes hujus sacramenti  
tractatores observarint, nullo probabilitatis mantello (ut Dorscheus  
loquitur) involvi poterit. Certè si non alia de causa, sanè tanti viri auto-  
ritate, ac per tot annos Episcopi (loquor ex hypothesi) quem ἀδελφός  
θεοῦ JESU ex matertera Maria nossent, retinissent vocabulum Missæ.  
Imò (& hoc addere juvabit) cur antiquissimi curiosissimi explorato-  
res vitæ Apostolorum, (quod encomium Irenæus à Tertulliano repor-  
tavit) Euseb: ipsius Cesareæ in Palestina Episcopus, Socrat, Niceph. aliiq;  
quibus hocce fuit propositi, ut exactè omnia, quæ scire posteritati inter-  
esset, traderent, hujus institutionis Jacobæ planè fuissent elingves. Sed  
& hoc ipsum effugium desperatam Papæorum causam haud obscure  
prodit; quod prætermisissis autoritatibus Evaristi, Alexandri I. Telespho-  
ri, ad solius Pii I. autoritatem provocent. Illi n., uti non minus Jacobo  
Missæ institutionem aliquoties adscribunt, sic prærogativa ætatis (Eva-  
ristus quippe circa A. 113. Alexander 123, Telesphorus 142, ut cuius non  
planè peregrino in historia Ecclesiastica constat, Pius vero I. 157. præter  
propter demum annum attingit) Pii erant anteponendi. In primis verò  
majori jure hoc debebatur Telesphoro, utpote qui trium Missarum in-  
stitutionis in nocte natalitia Christi celebrandarum Autor esse cogitur,  
eoq; magis, quo sic nostra argumenta à silentio Irenæi, qui huic fuit, σύν-  
χερον Genervari potuisse videri poterant. Sed rubore tandem suffundun-  
tur harum Næniarum propugnatores, ipsiq; de rubore suorum argu-  
mentorum desperant. Quare anili fabulæ similis, quàm historiæ esse,  
quod tam de Jacobi Missæ nominis inventionem, quam de Pii I. ejusdem  
approbatione nugantur, eidemq; fabularum Autori hanc institutionem  
imputandam censemus, qui Jacobi Majoris, Agrippæ immanitate dila-  
niati corpus, à volucris canibusq; discerptum à Christianis hinc inde  
collectum Compostellam latum, sepultumq;, longa v. annorum serie in-  
terjecta, Anno puta 816. Alphonso Castellæ Rege cujusdam Apostoli  
forte Jacobi corpus esse, ut cujus sepulchrum miraculis insignibus no-  
bilitatū splendide mentitur est, quod persecutus est Hotting. ex Calvin. (cc) Sect. 1. c. 9.  
notavitq; ex Baronio. Misella a. frigidaq; oppido excusatio est, quo ob-  
signat hocce commentum non nemo magnus nugator, aq; omni excu-  
satio-



Respons. ad  
exceptione

satione derelictum palliare satagit, non posse non profectam à Jacobo esse laudatam Nomenclaturam, eò quod etiamnum in ea conspiciatur, nec quenquam tam præpudiosæ temeritatis fingendum esse, qui S. viri scriptis auro contra æstimandis sua inferere, eoque commaculare ausus fuisset, quæ n. tam effrenis falsationis præmium? Nam nos non crimen falsi tantum impingimus adversariis, quod vocem ipsam Missæ inseruerint Liturgiæ Jacobi, sed totam Liturgiam longè remotâ à temporibus Jacobi volumus. Quod si falsò tota Jacobo adseribitur, nec est, ut de eo, an quicquam ei insertum sit, nec ne, laboremus magnopere? Sed & si esset Jacobi, nihil tñ. quicquam urgeret ratio. Quod n. temerarium conatum nemini scribunt attentandum, ut insertum quid dicamus, eo quidè crimen falsi amoliri conantur; Sed tantum abest, ut ab hac temeritate eosdem Papæos immunes pronunciemus, ut Indices Expurgatorii in Belgio ex optimis quibusvis Patribus vel integras paginas causæ papæorum exitium minitantes, eruentes, nemini non nisi vana credulitate nimium sibi indulgenti firmissimo indicio sint, nullum temeritatis genus excogitari posse, quod horum propugnatorum abhorret temeritas vid. Franzi; l. de interpretat. Scripturæ S. (dd) Sed & nullam corruptionem perpessa sit Jacobi liturgia, ne sic tñ. ab eodem inventum nomen Missæ aut ex hebræo deductum obtineretur. Extat n. in eadem liturgia vox *λειτεργιας* minimè verò Missæ, quæ demum à translate seu Paraphrasta istud obtinuit (de voce autem *λειτεργιας* an à Jacobo introducta sit, jam non disquiritur) nisi forsitan absurdè dixeris liturgiam, quæ mentitur Jacobum, latino Idiome conscriptâ primitus esse sicq; latinâ ab eodem lingvâ additam fuisse vocem Missæ, quod nobis sanè perquam videtur esse absurdum. Præterquam n. quod Jacobus *ἑβραϊστικῶς ἐξ ἑβραίων*, latinæ lingvæ tantæ vel vetustatis vel Autoritatis vestigia atq; Græcæ lingvæ apparent nullibi. Græca v. utpote ab Hebræa vetustissima, ac ex quo vernacula hebræis hebræa esse desierat (quod post captivitatem Babyloniam factum esse probabiliter colligitur) ubi vis locorum notissima, si unquam à Jacobo conscripta fuisset, fuisset consignata. Quin si & Latinâ ab eodem tradita esset, nec tamen quicquam Patrocinii ut nulla convenientia Papæorum Missæ respondens addere poterit, ut inferius, quantum nostro scopo sufficiet, exponetur, vid. interim Meierum Phil. Sacræ (ee). Eodem responso, quod hisce commentis quasi fulcro innitur, de Petri & Pauli traditione Romanis facta dimittendum videtur.

Eo

(dd) Oraculo  
151. in gen. 18.  
v. 2, p. 1362.

(ee) part. 1. c. 8.  
p. 362.



Eo n. redire videtur Adversariorum mens ac si Petrus (Pauli n. in Liturgia confingenda, paucissimi figmentum aggravant) acceptam liturgiam à Jacobo Romanæ Ecclesiæ consecrarit, dicaveritq;ve. Verum cum illud Jacobicum, ut insigne figmentum explosum sit, non potest non sua sponte corruere, quod ipsi superstructum est. Nec ex alio fonte quàm falsissima hypothese promanabit, quod Christianis ex Judæis hanc nomenclaturam nonnulli attribuerint. Certissimi n. sunt hi ex Deut. 16, 10. antea discusso loco iisdem vocem **מִסֵּחַ** constituisse. Ast cum hujus opinionis imbecillitas antea prolixius fuerit evicta, vanam & hanc esse conjecturam, neq; voce alia significante indicare vel potuisse, vel voluisse non potest non sequi. Non potuerunt Christiani ex Judæis, quia nullam vocem, quæ hocce sacrificium exhauriret vel redderet, totus sacer codex suppeditabat. Non voluerunt, quia tenaciores æstimatores observatoresq; fuerunt, quàm ut vocula quadam aliquam rem antea inusitatam ex sacris cohonestarent. Quamvis vero & daremus ex voce Deut. vocem Missæ erui posse, nec tn. ulla collectio foret: Ergo ex Judæis Christiani eandem eruerunt, uti particula timiditatis inconstantiaq; indicium alternativa, *vel, vel*, disjunctiva (quod in re tanta, quàm fidei Papalis fundamentum absq; injuria appellitaveris, mireris) quæ per *Non Vel* eodem jure repudiatur, ultrò tacitè tn. confitetur. Sed cur nudæ conjecturæ nulli vel auctoritati vel rationi innixæ immoraremur? Quin potius responso, quo Bellarm. aliiq; de sua eruditionis famâ, quæ hætenus vel Angelicis, vel Seraphicis l. subtilissimo cuiq; antecelluit, periclitantur, modestiori prima fronte, respondemus, hallucinationis insimulandos haud venire (licet cæterà eosdem hallucinationibus plusquam puerilibus refertissimos esse, non nesciamus) ut potius eos à longè perspicaciori prudentia, quàm hi Aristarchi absq; populi suffragio jus dicentes, instructos jure pronunciare queamus. Accuratè n. sagacitas nonnunquam expendit Bellarm. (nam quandoq; sui immemor refragante proculdubio conscientia ad hanc Liturgiam quoq; provocare non erubescit. lib. 4. c. 10. de Eucharist. & alibi, Teste Gerhard. (ff)) quàm imbellia ex Deut. 16. Jac. Liturgia & Petri traditione desumpta, neq; ullis nisi meris, & nullo negotio subruendis conjecturis superstructa esse. Tutiolem E. sibi ingredi viam visus est, si in super habita Etymologia hebræa ex latinâ lingvâ eruere conaretur. Si v. specioso nonnullo argumento, vel glaucoma nostris objici deprehendisset posse, non tam ipsum Bellarm. ab eruditione,

(ff) lib. 1. part. 1. Confess. Cathol. c. 8. p. 323.



imprimis linguarum Orientalium (si eorum, quæ sibi ejusdem nomen præfixerunt, autor est) quam pietatis, quæ jactabatur, de relictam novimus, ut omni ausu, conatuq; magis ad antiquissimam vetustatem Apostolorum tempora, imò certè longè libentius ad ipsius scripturæ auctoritatem prorogasset, eandem vel mirè detorquendo, sicuti in desperatissimis suis rebus præ omnibus, qui olim ante ipsum actum esse de sua religione, si omnia ex scriptura firmata essent, ultrò confessi sunt, intorquendis Scripturæ dictis palmam facile præripit. Evinci id ex ipsius polemicis aut eò, qui ipsius *Φλυαρίας κτ' πόδα* quasi excusit, atque evertit Gerharo passim possit. Vid. Gerhard. de concupiscentia & peccato actuali à p. 166. ad 200. & loco de libero arbitrio, ubi l. 3. 4. 5. 6. 7. Bellar. refutat, de Pœnitentia à th. 80. ad 93, de justificatione & passim.

(gg) Casaub.  
exerc. 16. p. 420.

(hh) Prefatio-  
ne in Penta  
Comment.

(gg) Colligimus a. non immerito ex eo, quod Bellarm. *Heresium prostrator, veritatis Catholica murus & Antimurale, cujus opera impenetrabilia & incomparabilia, cujusq; à Christi temporibus huc usq; similem non vidimus*, judicio Cornelii à Lapid. (hh), desperabundus ad seculi quarti finem Ambrosii puta tempora, auctoritatemq; provocando ortum vocis Missæ alligat (quamvis & in hoc immane quantum eundem falli omnino judicandum sit, cum circa finem seculi tertii, adeoq; integro seculo ante Ambrosium incepisse, ex epistola Cornelii Papæ ad Lupicinium Vienesem Episcopum constat. vid. Casaubon. p. 400. Exerc. 16) Quàm futilia vanaq; quæ pro vetustissima Antiquitate ejusdem varii variè prodiderunt, sint.

§. IV. Eruimus sic hæctenus, quantum equidem nobis ingenii hebetudo concessit, ex ipsis adversariis, quibus argumentalis figmenta sua suffulciant, eademq; (nisi spe inani nobis blandimur) subruimus, & quæ nostram negationem ex hebræis neutiqvam deducendam esse vocem Missæ corroborare posse videbantur, adduximus. Injunget jam ordinis nobis ratio, ut quid quisqvam rigerosior nostrorum argumentorum examinatore pro sua seqviori opinione urgere & soleat, & possit, dispiciamus, quo omnes elabendi rimæ penitus præstruantur. *Dixeris ergo nostra argumenta, quibus §. 2. & 3. Omnem originem hebraicam Missæ subvertisse videmur, nihil urgere, quibus antiquitas hebræa in dubium vocatur, eò quod hancce vocem neq; Græci retinuerint, qui tamen ceterà vocibus hebræis inhæserunt, neque interpres Syrus tenax certè horum observator sæpius ingeminans vocem Eucharistias usurparit.*  
Nul.

Excerpt. ad l.  
& Illustrationem.



Nullam quippe esse sequelam: Eò quod Græci non retinuerunt hanc vo- m. 56  
cem, cum alias retinuerint, Ergò hebraicæ non est derivationis, cum nec  
alias retinuerit Ecclesia Græca; sed jam pro sua libertate nonnulla ex  
hebraicis repetierit, uti id equidem de vocibus Amen, & Alleluja con-  
stat, in nonnullis verò & constat non repetere, quorum è numero vo-  
cem Sathan nominari posse, quâ Græcos nonnunquam pro sua libertate  
illos quandoq; v. vocabulo sibi proprio διαβολα expressisse, ut passim pa-  
tet. Disparem haud esse vocis Missæ rationem, quæ ut ut hebraica, aut  
(juxta nos) Chaldaica; non tamen adhibitam legi in N. T.; sed substi-  
tuiti vocem λειτουργίας & ex hoc nullam vel incertiam, vel negationem  
hebraicæ originis colligi posse. Ex eo verò, perges, nihil evinci, quod Sy- m. 57  
rus non totidem syllabis expresserit, cum non usq; adeò obscurum sit, &  
Syro interpreti præter id, quod incerti sit Autoris, tantæq; minimè ve-  
tustatis, quæ vulgo jactari solet, gloriolam promereri possit, esse sua πω-  
ραπτώματα, ut evincitur ex plurimis, ut è mille Luc. 8, 1. Vox δευτεροπρω-  
τος, ut sibi non intellecta prætermissa indicio est; omnem verò dubi-  
tationem de ejusdem hallucinatione eximit circa locum Johannitici Ba-  
ptismi error, cum scriptum מִי־עֵינַי pro מִי־עֵינַי / ut nec omnem emen- (Hinjon præ  
Hinnon.  
dationem effugere posse videtur Matth. 6, 7. Cui accedit, quod non-  
nunquam in detorquendo & in fabulas proclivior sit, quàm par est, cu-  
jus prioris fidem facere Luc. 23. v. 2. posset in voce λαμπραν. Quare i-  
psorum vel nostratium confessione veteris cujusdam codicis vicem  
subire quidem posse, interim multis vetustis exemplaribus nedum veri-  
tati præjudicare posse neutiquam. vid. Glass. (ii) Quid ergo obstaret, quo (ii) lib. I. tract.  
1. de Tractat.  
N. T. p. 137.  
m. 30  
minus & hancce ejusdem hallucinationibus adnumeraremus? Esse in-  
super Syriacam linguam ab hebræa diversissimam, adeoq; nihil mirum,  
si aliquando recedat in versione vocis hebraicæ, imprimis cum non  
semper sit metaphrastes; sed tantum paraphrastes, non tam de verbo-  
rum translatione, quàm de sensus. quod paraphrastis officium est, dextra  
expressione, sollicitum fuisse. Quin & optimè, quid vox Missa seu λει-  
τουργία notet videri expressisse, dum id per מִשְׁרַת reddidit, quo quid Mis-  
sa sit à qualitate sat eruditè descripsisse.

§. V. Quod porro ex patrum silentio hujus vocis tunc temporis igno- Exceptio ad  
tertium argu-  
mentum de si-  
lento Patrum,  
rantia, aut ut sic dicam, negatur existentia, eò turpem ignorantiam pro-  
di undiquaque. Quid n. si ex silentio Patrum quid tutò negabitur, de  
Chaldææ paraphraseos autoritate, ac de à nostratibus deprædicata tan- m. 10  
topere



topere antiquitate, qua vel ipsa Christi tempora antevertere, eadem ha-  
 tenus credita fuit, penitus erit conclamatum. Ut ut n. eruditiores non  
 intercedant, quò minus vel Christi σύγχρονον vel 50, aut paulò minus an-  
 nis majorem quispiam constituat, non tñ. possunt, quin confiteantur, ne-  
 gry quidem apud Patres antiquissimos, eosq; lingvæ hebraicæ peritissi-  
 mos, imò & hebraicæ in græcam versionis laude maximè conspicuos  
 extare. Imò ne è scripturæ silentio quidem tutò quicquam, inferet, in-  
 ferri, cum cognitissimum sit, nullibi in V. T. præceptum Polygamiam si-  
 multaneam coercens protrahi posse, quæ tñ. pluribus ex nostratibus, &  
 in V. T. peccatum audiat, idq; gravissimum. Certissimum nobis quoque  
 esse contra Bellarm. ex Num. 20. concessio, quod inibi Angelus Bileami  
 castigator, creatus intelligendus fuerit, nec dum tñ. extorqveri posse in-  
 vocationem Angelorum, aut statuminari, eò quod Bileam adorans An-  
 gelum non legatur reprehensus. Sed & de gravissima Patrum injuria  
 conqvereris, simul hanc sententiam impugnantem ἀπαίδευσίαν intentabis  
 eò, quod Patres ejus mentionem facere videantur, uti de Evaristo, Ale-  
 xandro, aliisq; ipsis Justino, Ignatio Irenæo συγχρόνως constabit infe-  
 rius, quibus non minorem fidem deberi atq; Irenæo aliisque. Sed quid  
 multa, inqvies, ne apud nostratium saniores hanc probandi viam quic-  
 quam mereri suffragii. Cum n. celebris haud ita pridem mortalitati ex-  
 emtus Theologus Tarnovius in eadem, cujus superius facta mentio, ma-  
 teria de simultanea Polygamia occupatus esset, sibiq; Valentini Impera-  
 toris legem de & in N. T. Polygamia concedenda promulgatam, tacitoq;  
 consensu Patrum approbatam, objici posse videret, sic ei, quod de vel  
 minima Patris cujusdam reprehensione, ne vestigium extet, satisfac-  
 turus (historiam n. ipsam ut prolixè à Niceph. lib. II. c. 33. enarratam pe-  
 nitus negare vix ausus) inqvit, non valere argumentū negativum ab au-  
 toritate humana, nullamqve consequentiæ vim esse: hoc non scribitur  
 factum ab illis, (Patribus) Ergo nec factum est: *Cum multa ab iisdem facta*  
*fuerint, quæ nec in literas redacta, l. injuria temporum interciderint.* (kk) En  
 clamabit adversarius corruere nostrum adamantinum argumentum  
 eadem ratione pro nostra sententia institutum! forsan, & prolixè sat,  
 sat eruditè de Missa egisse sanctissimos patres, quamvis & illa scripta ad  
 retardandam saluberrimam hancce doctrinam astu Diaboli inter-  
 ierint.

Mem.

2.

m. 3.

m. 4.

m. 5.

(kk) Tarn. l. 2.  
de Conjug. c. 26.  
p. 666.

§. VI. Su.



§. VI. Sumi insuper, dices, pro concessio, quod falsissimum est, hancce  
 puta vocem esse Chaldaicam. Unde n. probabitur, in Deut. ullam Chal-  
 daicam vocem esse admixtam? Purâ quippe tum linguam hebraicam Is-  
 raëlitas servasse. Quamvis n. in Ægypto immixti essent Ægyptiis; ob ra-  
 ram tn. (non dicimus nullâ, edocti ab Hotting. exerc. Antimor. (ll) qvę-  
 dam adhuc sc. duo vel tria extare verba purè Ægyptiaca, quæ cum He-  
 bræo aliqua ratione conveniant, quamvis Præ. Clar. Pfeifferus se vel vi-  
 ginti convenientiam cum Hebræis observasse testetur, quæ quoq; eru-  
 ditè produxit (mm) convenientiam hebræam eorundem lingvâ se non  
 conspurcasse, sed purissimum retinuisse hebraismum; sic nec ex Chalda-  
 ca tum quidpiam fuisse admixtum. Non ergo hanc vocem somniandâ  
 esse Chaldaicâ, sed ex hebræa literatura hebraicâ **וּמְ** quod tribuit, ob-  
 tulit, denotat, ut sit fœminium ex masculino **וּמ** originem trahens. Nec  
 obstare, quod à Chaldæo **וּמְ** exponatur. Quid n. ex eo? nil magis ex inde  
 sequi, quàm quod ex convenientia, quam habet **וּמְ** cum Chaldaica  
 voce paraphrastes Chaldæus deceptus eandem, quam in Chaldæa signi-  
 ficationem habet, confinxerit. Nec negari posse, addet, quod sit vox in Re-  
 gimine posita. Quo jure autem *qvaret*, in versione addatur vox *juxta*, quę  
 in textu non habetur,? Quod si hoc liceret, quidvis ex quovis facile pro-  
 bari posse.

§. VII. Veterem interpretem equidem insimulari erroris, ac officii  
 interpretis prætermisisti, sed non probari, imò & quamvis ab omni labe  
 non esset immunis; nec sic tn. quicquam evinci, cum sit in parte sequela,  
 qua ex, si Pontificii quicquam colligant, nos esse angve Epidaurio ocu-  
 latiores, cur ergo fallacem ad hunc fontem confugere nos ipsos non  
 puderet. Sed & dabit ulterius rigerosus defensor, hallucinatum esse ve-  
 terem Interpretem, non tamen sic inverti intentum, cum ipsa vox ha-  
 beatur in textu hebræo, ut antè dictum, nisi eandem irrepsisse cum te-  
 xtus depravatione concessuri fuerimus, quod tn. omnibus modis ab-  
 horreremus, quæ aliud nil denotare possit, quacunq; tandem ratione  
 vetus Interpres verterit.

§. VIII. Majori jure non rejici, affirmabit, autoritatem Papæ Pii I.  
 Jacobum primum Hierosolymitanum Episcopum Missæ nomenclatu-  
 ram ex sacris eruisse pronunciantis, eò quod nullus Patrum antiquio-  
 rum eandem commemoret. Quæ n. vis consequentiæ: Nulli est habenda  
 fides, nisi cujus scripta alterius cujusdam fide, autoritateq; confirma-  
 ta sunt;

DISP. II.  
 DE DENO-  
 MINATIO-  
 NE MISSÆ  
 ex **וּמְ**  
 PRÆS. M.  
 JACOBUS  
 RÖSER/  
 RESPOND.  
 REINHAR-  
 DUS ROTER-  
 MUND, Bru-  
 nopolit.  
 Saxone.  
 Except. ad  
 Utam Resp.  
 (ll) Exerc. An-  
 timorip. 48.  
 (mm) Disp. de  
 Targ. c. 2. th. 9.

Exceptio ad  
 Utam Re-  
 spons.

Exceptio ad  
 Utam Resp.



(m)lib.1.c.43.  
in Orat. ad  
germ. seditio.

Except ad 7.  
arg. resp.

(oo)De Confe-  
secrat. dist. 1.  
can. 47.

Except. ad 8.  
respons.

ta sunt. Sed sit sanè. Qui verò sit, ut vel ex nostris Menzerus, omni clo-  
gio major Theologus eò Matthæi dixerit esse Evangelium Matthæi,  
quia Matthæi vocatur, vel titulus ejusdem Matthæi præfigitur. Cur non  
parili ratione inferetur, Jacobi Liturgiam esse Jacobi, quia sub ejus no-  
mine ad nos pervenit, eoq; magis verò, quod eidem à Pontifice summo  
juxtaq; nos ipsos seculi tot flagitiorum nondum conscii, ut Tacitus lo-  
quitur (nn) attributa sit. Quod v. additur, & affingi hanc Epistolam Pio  
viro piissimo, Martyrioq; conspicuo indignissimam, esse meram calu-  
mnam, neq; ullo fundamento stabiliri posse. Quod si n. omne id spuri-  
um sit, quod nostræ officit sententiæ, cui demum fides habenda? Sed o-  
mnium impudentissime quoq; negari Jacobi Liturgiam esse Jacobi aut  
Missam eundem instituisse, vel ex eo, quod tot Patribus eruditissimis Con-  
cilium corruscans Constantinopolitanum sextum Trullense Oecume-  
nicum ejusdem mentionem fecerit & quidem contra eos, qui aquam  
vino in Evchar. immiscebant, suoq; haud fallaci applausu approbave-  
rit. Unde esse, ut Gratianus (oo) illud secutus ita erumpat: *Jacobus Fra-  
ter Domini secundum carnem, cui primum credita est Ecclesia Hierosolymi-  
tana, & Basilius Cesarienses Episcopus, cujus claritas per totum orbem cir-  
cumfulsit, in scripturis addiderunt nobis Missæ celebrationem.* Quibus certè,  
si quis fidem derogare vellet, nescire se cui adhibenda eadem esset. Finge  
jam, inqvies, fictitiam esse scriptum Jacobi Liturgiam, & simul finges, ab-  
surdè credulitatis labe omnes hujus concilii Patres sibi imposuisse.

§. IX. Desperatæ causæ quod postea pronunciatur, id negabit, admi-  
rator (aut impudens potius defensor) silentium puta Evaristi, Telespho-  
ri, & aliorum, prioriq; impudentiæ cumulum additurus, de industria o-  
missos hos esse profitebitur, ut ut nonnihil de institutione Missæ affe-  
rant, eò quod non tam clarè Nomenclaturam hanc à Jacobo inditam, ut  
ex Pii I. epistola constare assertum superius est, demonstrent, ceterum mi-  
nimè & horum autoritatem, dum ad Evaristi antiquitatem Irenæum an-  
tevertentem Missæ antiquitas possit extendi, pudere. Exceptioni misel-  
læ (hoc n. nomine eandem ex virtute ornari putavimus) minimè per hoc  
satisfieri dixeris, quod I. Jacobi eadem Liturgia negatur, ut cui superius  
fuerit satisfactum, I. quod eadè sit ab eodem Græcè conscripta adeoq; ab  
eodem non legatur vox Missa, sed Liturgia. Quis n. fidem suam interpo-  
net, nosq; , quo minus ambigamus, securos reddet, an eadem Liturgia  
Græco primitus idiomate sit conscripta, an latino? an forsan latinæ  
Lingvæ



Lingvæ imperitus fuit Jacobus? qui immediato Spiritus S. afflatu actus, omnes lingvas æq; expeditè locutus fuit. Aut an eò græcam prætulit lingvam, quò Hierosolymitani tantum Græcè intelligentes ipsum assequerentur, latinè v. ignari? Nec hoc dici posse, dicit, & quod latinæ lingvæ ob Romanorum militum, quibus latina lingua cum lacte infusa materno diuturniorem consuetudinem non usq;, adeo ignari essent, & quod liturgiam hancce, omnibus familiarè reddere satagens, non commodiori, quàm latinâ nulli non angulo ob victricia Romanorum arma celebri, hoc obtineri posse, speraret. Quid ni ergo potius asseramus, latinè esse conscriptam omnium usui profuturam, hanc Liturgiam, Græcè postea versam. Si vero hoc, quid mirum, quod *λετρηγία*, vox habeatur in Græco, ut ut origo latinâ vocem Missæ depromat. Nec nisi absurdè absurdis accenseri, perges, latinè à Jacobo conscriptam esse, hocce assertum, ideò, quod fuerit Jacobus hebræus, aut Græca lingua ab hebræa vetustissima. Quid n. novi quæso hoc vel temporibus nostris, ut vel Syrus natione idiomate latino non nulla luci exponat, quò plurimorum lectionem sibi polliceri queat. Qui ergo quicquam haberet dubii in ejusmodi sancto Apostolo, Christoq;, *ἀδελφοθεῶ*; quem unica cura:

— *hec cogit & versat sub pectore fixa,*

Ut communissimâ, quæcunq; demum sit, Dei gloriam amplificaret, gentiumq; duritiem qualicunq; ratione emolliret. Ad quod certè parum facit, quod rationis loco adjicitur, Antiquitas Græcæ lingvæ, quamvis de ea forsan lis moveri possit, certè utraq; Hierosolymis cognitissima, quicquid tandem de Antiquitate sit? Sed & sua antiquitate Græca multis parasangis Latinam post se relinquat, quid obstitit, inquit, Marco, quo minus Evangelium suum primitus latinè conscripserit, postea verò græcè posterorum bono reddiderit, ut ut Jacobum si non *σύγχρονον*, certè vix decennio majorè habuerit. Sed sit tandem, inqvies, (En quam facilis, liberalisq; est adversarius!) ex liturgia Jacobi nihil posse evidenter evinci, supplere tn. hujus locum omni exceptione majores Petri & Pauli Liturgias, quas non posse nisi latino idiomate esse consignatas, utpote Latinis vix absq; interprete aliam lingvam assequentibus. His a. insertam vocem Missæ, qua temeritatis specie negabitur? Quare certum esse concludes, eruditos cætera viros, quos revereri par esset maximè, dimittendo hebraicam Etymologiam, cui tamen hæc vox in cunabula sua deberet, non omni industria in eam inqvissivisse,



quod absurdum minimè, cum nonnunquam bonus dormitet Homerus.

§. IX. Speciosè sic, ac plausibiliter, fateor, Pontificiæ hebraicæ originationis commentum incrustari posse, ut tamen despondendum ob id animo nemini esse putemus, quo minus Aristarchi hujus sophisticatio- nes aggrediatur. Nos quidem non magno labore larvam detrahi posse confidimus.

Respon. ad 1.  
Except.

§. X. Quod ergò consequentia ex consuetudine Græcis alias reti- nendi Hebræas voces per consveta, robur suum desumens non vacillet, hætenus ex cordatioribus nemo, quod sciamus, inficiatus est. Obsecro, si esset Hebraica tantiq; Apostoli (quantus n. Adversariorum elogio fuit Jacobus Episcopus!) autoritate in Ecclesia admodum recenti re- cepta, qui contingere potuisset (tuâ conscientiam ipsammet testor) utne semel quidem vel Græcus, qui in, vel invitus pluribus in locis eorum Pa- tronus esse cogitur, nec Syrus nonnullâ affinitate Hebræo junctus, vel reverentia ergâ tantum Apostolum usurpassent, certè omnibus reliquis prætulissent. Sed non sequi, *dixeris*, Græci in aliis vocem Ebræam reti- nuerunt, ergo & hanc. Verum quid ni solida hæc esset consequentia, quæ ab omnimoda paritate ac consuetudine progreditur. An alias admittit conditiones, aut illustrioris est indaginis vox Osanna, non credo, faci- lè largientur Pontificii, ne minora ei attribuant, cui summa deberi voci- ferantur. Cur ergò istam ex Hebræo retinuissem, hanc v. minimè. In li- bertate hoc Græcorum positum, perges, & quod non adeò commoda fa- cilisq; hujus similibusq; evenit versio, hujus v. vocis sensum adæquatè à Græcis exprimi valuisse. Diluturi & hoc libertatem dicimus, non quidem denegandam græcæ linguæ, nec in, ea ejusdem consuetudini erat opponenda, contraq; eandem extendenda. Hoc volumus, non equidem adstrictam fuisse linguam græcam sive potius Sp. S., ut per A- manuenses retineret, (sic nec Syram) quasdam voces Ebraicas, quis n. eidem hanc necessitatem injunxisset, sed in, liberè ut plurimum easdem retinuisse, ut nonnunquam vivacius ejusdem sermones regionumque consuetudinem interpretaretur, ut non tam quæstio sit de ejusdem po- testate, quàm voluntate. De facilitate v. & difficultate reddendi, quod prætenditur, nihil sanè est, quæ n. major difficultas Græco  $\text{קָנָה עִשָׂה}$  per  $\Sigma\omega\zeta\epsilon\ \mu\epsilon$  vel  $\Sigma\omega\tau\epsilon\rho\ \mu\upsilon$  sensum consequendi, quàm  $\text{קָנָה עִשָׂה}$  per  $\lambda\epsilon\iota\tau\epsilon\rho\ \gamma\iota\alpha\nu$ : Sed sic placuit græco, an potius Spir. S. eodem sono introducere applausores Christi & congratulatores devotos etiam cum quadam  
Con-



Constructionis anomalia, loco Vocativi Dativum ὑμῶν apponendo, quod nonnihil inserviret vocis hujus sive per  $\text{—}$  ex Josuæ 10, 6. Ps. 44, 4. Ps. 86, 16. Jud. 12, 27. Constructioni, ut quidem (pp) Drusio placuit, nisi forsitan accuratior non tam pro Imperativo, quam solennis voti & acclamationis nomine, quæ ad ipsum vocetur, quod sub dictionibus  $\text{—}$  continetur, ut plena sit constructio, ὡσαννὰ ἔσω τῷ ὑμῶν Δαβὶδ', ὡσαννὰ ἔσω ἐν τοῖς ὑψίστοις. *Salus ea, auxilium illud, quod per Hosanna innuitur, contingat Filio Davidis, contingat ei in locis altissimis, sumens, visus fuerit Lud: de Dieu* (qq), quem in senium quoque inclinant Junius & Tremellius in Not: ad versionem Syriacam, vid. Qvistorp. (rr) Nobis quidem, si morem tunc temporis & in hac voce receptissimum fuisse nonnihil accuratius evicisset, eadem maximè hæc ultima probaretur. Quod tamen ne sic quicquam nobis officeret, cum benè à Græcis reddi potuisset  $\text{—}$  per δόξαν aut alio æquivalente, quod à nobis probandum erat. Sed sic ut dixi, placuit Græco, hicceque mos eidem est receptus. Exemplum  $\text{—}$  plane est ἀπεργασθὲν οὐδὲν nihil aliud arguens, quam ipsum subjectum puta Diabolum, qui per  $\text{—}$  exprimitur, alio nomine pro ratione qualitatū aliarum puta vitiosarum ac perversissimarum actionum insigniri posse, ipsam v. vocem  $\text{—}$  per vocem Διαβόλος expositam esse neutiquam evictum est. Imò incommodius paulò hoc à Græcis factum fuisset, minus accuratè vocem specialiter talem  $\text{—}$  expressissent, utpote, quæ non Calumniatorem, quem rectè assequitur vox Διαβόλος, sed adversarium quemlibet ac resistantem notat, adeoque generalior est, ut vel ex Lexicis notum est.

(pp) Drusius  
in Comment.  
poster. ad vo-  
ces N. T.

(qq) Comment  
in quatuor Ev.  
angelist. in h. l.  
(rr) Annotat.  
Bibl. N. T. p. 58.

§. XI. Censura porro, quæ in Syrum Paraphrasten exercetur, hoc quidem in puncto iniqua est. Non equidem pertinaciter contendimus, eundem de vetustate ad ipsa Apostolorum tempora sese extendente gloria-ri posse, sicuti ejusdem immodico amore abreptos quosdam è nostratibus etiam, puta D. Franzium, qui divinam & ab Apostolicis viris comportatam absque dubio (piè quidem) profiteretur; qui verba Christi & Apostolorum recentia adhuc mentemque optimè novissent, utpote quæ lingua (Syriaca) ipse Christus usus fuisset, (quibus ultimis verbis, quod Christus & ejus σύγχρονοι lingua Syriaca eaque dialecti Antiochenæ, seu Comagenæ, quæ Nov. Testam. paraphrasis conscripta est, (Nam aliàs non nescimus & latius accipi, ut & Babyloniam & Hierosolymitanam ambitu suo absolvat quæ ratione si sumitur, utique concedimus, Christum locutum fuisse

Respons. ad II.  
Except. 1. m.



(ss) Vid. Meier. Part. 1. Phil. hac p. 108. seq. & Par. 2. p. 75. 83. seqq. (tt) In præfat. super Lexic. Syriac. Crinesic. 13. (\*) th. 39. p. 67. & 70.

(uu) Exercit. XIV. num. II. ad an. XXXIII p. 223.

(xx) Resp. contra Mogunt. th. 75.

(yy) In Exeget. th. 284. ad 300.

(zz) Præloquio in totam Sac. Script. pag. 70.

(aaa) pag. 8. & 45.

(bbb) De linguis orientibus pag. 2.

(ccc) In methodo st. dii Theolog. p. 68.

Syriacè yusi sint, si quidem de dialecto loquitur, ut videtur, accedere quove non possumus, Tum quod Matth. 27, 12. in Syra paraphrasi legatur ~~ܡܢ ܗܘܢܐ~~ cum tn. populus legerit tunc ~~ܡܢ ܗܘܢܐ~~ interprete Evangelista litera una elisa (nisi Mercero in. h. l. Græcos ex eo fontes corruptionis arguenti calculum absurdè addere volueris) tum quoque quod Joh. 14, 13. ~~ܡܢ ܗܘܢܐ~~ Gabbatha dictum affirmetur, cum Syrus habeat ~~ܡܢ ܗܘܢܐ~~ altum locum innuens, ut alia præter mittam, (ss) Fabricium, qui Antiochiæ ab Apostolis ipsis versam nimis liberè, ut ut sanctè, confirmat, & D. Martini, cujus Encomia in paraphrasi Trostii majora sunt, quàm ut eidem competere queant. Eidem sententiæ videtur accedere Brian Walton: Dissert. de Linguis Orientalibus\*. Nam quomodo hocce, quod veritati prorsus consentaneum sit intra ipsa Ecclesiæ initia, vel ab Apostolis ipsis, vel ab eorum discipulis, quæ verba sunt Junii & Tremellii, profectum esse, cum nonnullorum rituum hujus interpretis ignorantia, ut pote quæ ex eo firmiter elicitur, quod vocem ~~ܡܢ ܗܘܢܐ~~, ut sibi non intellectam planè prætermisit, ut acutè observavit Casaubonus (uu), conciliari possit, nondum liquet. Quí enim Apostolus morem longæ vetustate introductum nominandi Sabbathum quoddam sibi ut non intellectum ritum prætermittere potuisset, imò qui & eorum Discipulus? Multominus a. cum insanientibus Papiculis Syrisq; eandem Marco facimus adscribentibus, quod quanta insania sit, præter id, quod jam de rituum quorundam ignorantia, quæ Marco Tertio Apostolorum & procul dubio Judæo nullatenus conveniunt, diximus, vel Jesuita Bonfrenius ex eo rectè ostendit, quod sic Marcus jamdudum mortalitati exemptus Evangelium Johannis post Marci mortem consignatum vertisse dicendus sit. Versum n. Syriacè & hoc invenitur olim, sicut omnia præter secundam Petri & secundam & tertiam Johannis, Judæ cum Apocalypsi, (ex quarum tn. neglecta versione, ut hoc obiter notemus, nimis liberè colligitur, eo tempore, quo Syra instituta versio, nondum conscriptas esse has epistolas, adeoq; tempora Apostolorum Syram versionem attingere. Nam non hac de causa harum Epistolarum rationem non habuit Syra versio; quasi non extitissent; sed quod laudata scripta initio nascentis Ecclesiæ nondum essent recepta, uti Apocalypsi. à Græcis non suscepta, quo de vide Calixt. (xx) & Gerhard. (yy) ) Insuperq; historiam mulieris adulteræ Joh. VIII. minimè tollendam tollat (zz). Adde Franzium (aaa) Dn. Sennertum (bbb) in Tractat. Gerhardum (ccc) Waltonum



num (ddd) aliosq; Neq; tn. ob id ad ipsius vetustatem temerè provòcatū largimur. Quamvis n. exactè vel annus vel Autor determinari nequeat, vix tn. ambigendi ratio est, quo minus eundem antiquissimum statuamus eò, quod fidelissime ex N. T. Archetypo sapissime expressa noscatur, nonq; rarò ritus commodissime exponat, ut commentarii ad instar sese habeat, quod vix esset, si posteriora tempora hunc partū enixa fuissent, tūm etiam antiquissimorum mentione, puta Jacobi Syri, qui Concilio Nicæno interfuit, aliorumq; vetustatem suam prodat, imò & Codices reperiantur antiquissimi. Vid. Walton. l. c. th. 39. De Autore v. ipso ejusq; denominatione, quod minus exactè constat, quid inferetur? si omnem fidem ei derogare velimus, cujus rei Autor ignoratur, quid fiet de Epistola ad Ebræos, quam à Paulo conscriptam à pluribus, etiam accuratissimis, ut Mentzero contra Pistorium q. 247. teste (eee) Gerharo ut ut forsitan falso, ambigitur, an ne ob id nihil quicquam argumenti ex ea possit depromi? Equidem.

(ddd) *Dissert. Philolog. à § 32. ad 41.*

(eee) *In Exe- gesi cap. X. th. 274.*

*Hoc Photius velit & multum plaudent Ariani*

*Hoc Nestor foret & Ambrosia Enjedino.* Actum insuper jam esset de primario telo Papæorum, quod hocce pro missatico Sacrificio in nos torquere Papæi assolent.

§. XII. Sed nec Syram Paraphrasten ab omni crimine absolvimus, lubentes meritò confitentes eundem quid humani passum, nonnunquam quædam prætermittendo, nonnulla non assequendo, fuisse. Unde Hackspanius (fff) sic inquit: *Desunt nonnulla, haud inficior, in Translatione Syriaca, abundant alia quædam cum vulgata conveniunt ob græci textus lectionem variam vel ad notandam Emphasin, quam loci postulabat scopus & circumstantia.* Idq; adducta ab Adversario ex parte probant. Luc. 6, 1. in prætermittenda voce *δεύτερον* & (per quam notatur Scaligero (ggg) illud Sabbathum, quod proximè τὴν δευτέραν τὴν πύξια s. secundam paschatos est secutum h. e. 31. Martii s. 19. Nisan, sicuti secundum Sabbathum à secunda feria Paschatos (26. Nisan s. 7. Aprilis) *δεύτερον*, tertia (s. 14. Aprilis) *εἰς τρίτην*, & sic usq; ad Pentecosten dicendum est, idq; eò quod ejusmodi numerandi modus ex ipsa scriptura erui commodè queat, Levit. 23, 15. quin & injungi videatur, cum dicitur, ut à secunda feria ad Pentecosten septem Sabbatha exclusivè computarent. Cui sententiæ paucis nec forte nisi Epiphania ante Scaligerum cognita literatores accuratiores tantum non omnes accedere compertum est,

(fff) *Dissert. 4. quadrige de locutionibus sacris de observat. Arabico Syriacis th. 6. p. 182. (ggg) lib. 7. de Emendat. pag. 557. & in Inaugoge lib. 1. c. 6. thes. 1.*

Druo



(hhb) Exercit.  
XIV. ad annū  
XXXII. num.  
2. pag. 229.

(iii) Exerc. Bi-  
blic. Exercit.  
XVI. lib. cap. 1.  
p. 186.  
(kkk) Biblioth.  
fac. lib. VIII.  
heres. XIII.  
pag. 849.

Drusius, Casaubonus, Calixtus, Hackspan, Schmidius, Coccejus, Licht-  
focus, Frischmuthius in peculiari de hac materia Disputatione, aliiq;  
plures, imò & ipse Scaligero Mastyx Petavius (quos citatos vide in Dis-  
sertatione novissima Henrici Mülleri) (ut ut incomparabilis Grotius in  
notis adhuc locum ratione minus pregnante discedens, Pentecostes fe-  
stū intelligat, cujus objectiunculas indignas tanto viro simul cum Mal-  
donati imparis hyperaspistis rejectas apud Hackspan. in notis ad varia  
script. loca vide) probabiliter admodum imbecillitatem suam prodit,  
quod quidem mireris in homine Syro, cui ritus Judaici debuerunt esse  
noti, ut Casaubonus loquitur. Par v. ratio alterius loci, quo in cespitate  
putatur, non est. Scimus equidem Casaubonum (hhh) in ea esse senten-  
tia, ac si Syrus ponendo עינין per עינין Jod cum Nun perperam  
permutasset, idq; ex Arraba paraphrasi evincere satagisse; nec v. nesci-  
mus Casaubonum ab Hackspanio c. l. ob id vapulare, utpote qui ex Co-  
dice alio manuscripto satis accurato comprobatur ejusdem Casaub:  
Censoriam virgulam eandem hoc in puncto non commoverisse, vid. i-  
psum, loc. cit. Quod verò Matth. 6, 7. vocem καταλογεῖν facillimæ in-  
terpretationis obscurissima voce involverit, minimè laudari posse cen-  
semus cum laudato Casaubono, si modo ea vox Syri Paraphrastæ est,  
nec eadem corrupta censenda. Ab errore tandem circa ultimum vindi-  
cat Syrum Paraphrasten laudatus Hackspan: contra Casaubon: loc. cit.  
p. 180. th. 2. Potuissent, fateor, plura, si jam nobis esset propositi, præter  
ea, quæ ab Adversario adferuntur, ὁδὸν πτώματα Paraphrastæ Syri eno-  
dare examinareq; quod dudum Glasius in vindicatione locorum N. T.  
hinc inde solidè, ut solet, præstitit, proponi. Sed quid tum? hallucinatus  
sit Syrus Paraphrastes sæpius, non tamen ex eo solidè inferre licebit,  
Ergo & hic loci versio ejusdem hallucinationibus annumeranda erit,  
aut, Ergò ipse in ritu quodam exprimendo adduci neutiquam poterit  
eò, quod vitiis quibusdam scateat: Si enim ob id statim rejiciendus est,  
cur quæso Papæi LXX. Interpretum versionem auro contra pretiosio-  
rem habent, dignamq;ve, (quod φορτικὸν ἀκρομα inculcat Bel-  
larm.) æstimant, ad quam fontes ipsi, quod eadem vanitate de Vulgata  
nonnulli asserunt, (quamvis non omnes, eosdem furor agat) corrigantur?  
Cur eidem temerario prorsus ausu ἀυθεντίαν affingunt, totq; argu-  
mentis pertinaciter propugnant, quod facit Morinus (iii) Sixtus Se-  
nensis (kkk) Ferdinandus de Esculante, teste Hottingero lib. 1, cap. 3. de  
trans-



translationibus græcis & latinis Philolog thesauro Bellarm: (III) vide (III) lib. II. de  
 Calovium in Cryptico Sacro p. 705. seqq. Quam tñ. innumeris erratis sca-  
 rere, vel ipsis adversariis Veritas, ut confiterentur, extorsit, quod quidē  
 haud obscure patet ex Pererio & Lorino de Conciliatione Gen. 46, 27.  
 Act. 7, 14. vid. Calov. p. 337. De versione græca LXX. Interpretum ipse Mo-  
 rinus fatetur l. c. nonnunquam quid omisisse, nonnunquam addidisse. At  
 certè hoc est errare. Ergo lubentes Adversarii concedant eò, quod non-  
 nunquam quispiam omnia acu non attigerit, planè nihil ipsi quicquam  
 credendum, minimè concludendum esse, nisi omnem fidem & LXX. In-  
 terpretibus & Canonizata Canonica (si Diis placet) autoritate Concilii  
 Trident. Vulgatae Versioni, quam superius ea, qua digna est, laude evexi-  
 mus, derogare velint. Quod quidem, si suam thesin *Φιλάττειν* cupiunt, ut  
 cupidè cupiunt, facturi non sunt, adeoq; tantum in ea virgula sua inve-  
 hantur, quorum error in medium protrahi potest, quod tñ. in loco, qui  
 jam nos exercet, haecenus non vidimus. Firmiter v. nobis adhuc conclu-  
 dere videmur, quia mos Syri Paraphrastæ est ne utiquam recedere ab usu  
 receptis & retinisset vocem *כּוּב* / si quidem eadem trita, ut quidem  
 dicitur, fuisset, Cum v. non habeat, nec idem, quod nostri observatores  
 volunt eo denotatum fuisse ut credamus, à nobis impetrare possumus.  
 Quæ de Syriacæ Lingvæ diversitate ab Ebræa urgentur, planè sunt *ἀλλό-  
 τεια* nihil huc facientia. Quamvis n. jam controversiam istam, an Lin-  
 gva Syriaca & Chaldaea ab Hebræa tantummodo idiotismo & dialecto  
 propriè voce accepta (si n. accipias pro qualicunque convenientia, nul-  
 lum Adversarium habes) distinguantur, seu tantum inflectione ac lite-  
 rarum Homogenearum præsertim immutatione à se invicem distent,  
 uti statum controversiæ format Meierus, (mmm) Quod quidem ab Eru-  
 ditissimis olim affirmatum deprehendimus. Fullerus, cui ac cedere  
 videtur Qvistorp:, (nnn) novissimè autem sibi datum esse, ut accuratio-  
 sollicitiusq; evinceret, mihi ante tr. eniū affirmabat, cl. Raviq. (ooo) quod  
 strictim in delineatione Orthographiæ & Analogiæ Ebrææ fecerat. An  
 v. non inflectionibus ac literarum mutationibus; sed & multis essentia-  
 libus thematibus unam ab altera distare ac tantum recedere, ut discri-  
 men earum colloqvendi facultatem penitus auferat, cui opinioni adhe-  
 rent Hotting: (ppp) & Waltonus (qqq) Bonfrerius Jesuita (rrr), morda-  
 cissimè a. defendit Meierus (sss) probatq; tum ex ex Deut. 27, 49. quem  
 de Chaldaea gente intelligit, tum ex cap. 1. Daniælis, tum quoq; ex 2. Reg  
 18. quod Chaldaicam linguam non fuisse intellectam à plebe probare  
 firmi-

(III) lib. II. de  
 verbo Dei c. 6.

(mmm) Cap. 1.  
 Philolog. Sacr.  
 part. 1. p. 67.  
 (nnn) Annot.  
 Bibl. in c. 31, 47  
 Genes. p. 56.  
 (ooo) In Diss.  
 pag. 29. & 49.  
 de dudaim.  
 (ppp) Lexic.  
 Harmon. pro-  
 ximal.  
 (qqq) c. 12. n. 1.  
 (rrr) pr. eloq.  
 prolegom. in  
 tot. Script. S.  
 p. 42.  
 (sss) part. 1.  
 Philol. Sacr.  
 cap. 1. & 2.

D



(iii) *Synops. se-  
lect. d. Philal.  
qvast. 1. disp.  
proem. qv. 9.*

(uuu) *In Notis  
ad hunc loc.  
(xxx) de vul-  
gata versione  
in Cryptico. S.  
pag. 527.*

*Exceptio ad 1.  
Respons.  
Exceptio 1.  
Num. 1.*

*n. 2.*

*n. 3.*

firmiter videtur, tùm quoq; Hieronymi Confessione approbat, adde  
Cl. Pfeiffer: (trt) qui postorius quoq; defendit, terminare velim minimè,  
aut cum Franzio facillimam Syram Hebræa intelligenti intellectu, imò  
rariùs eandem discedere pronunciare præsumam; nihil tñ. quivquam, si  
diversitatem immensam largiremur, obtineret. An n. adeò insolens est,  
ut lingua, omnimodè ab altera recedens, retineat vocabula nonnulla al-  
teri propria. Nullius sit iudicii Adversarius, si hæc affirmat. Nonne græ-  
ca ab Ebræa & Persica immanè quantum distingvitur, quis v. citra ἀπὸ αὐ-  
δυσίας ac ἀναδυσίας notam, Alleluja, ἀλλήλου, ἁγίου, πεφῶν Act. 7, 43. voces  
esse non græcas alteram Hebræam, alteram Persicam, ultimam Ægy-  
ptiacam Judice Ludovico de Dieu, (uuu) Calov: (xxx) inficiabitur? ne  
jam protraham Chaldaismos V. T. insertos, lingvæ juxta Adversarium  
diversissima ab Ebræa, quod videtur inferius negare. Paraphrasten quod  
ulterius addit, magis fuisse & nonnunquam voces proprias non rectè  
reddidisse (eodem honore dignatur etiam LXX. Interpretum versionem)  
illud ut non negamus, imò quandoq; ne Paraphrasten quidem; sic in  
hac notissima voce (loquor ex mente adversarii) tanta Autoritate in-  
ducta eundem hallucinatum fuisse, hæctenus rationem nondum vidi-  
mus. Sed & si jam nostri instituti esset exponere, an rem ipsam Syrus vo-  
ce קדוש *sanctus* expressisset, nullo negotio ne Paraphrasten quidem  
egisse, utpote cujus vox coluviem flagitiorum ac Idololatrias adeò non  
exprimit, ut à sanctitate eandem longè remotam esse, dici queat; sed sic  
Theologorum jura aut rectaremus. De voce enim ipsa, an affectus ean-  
dem sit, sumus solliciti, quod negamus.

§. XIII. Sed excipias ad responsa, Syro Paraphrastæ, cujus Autor ad-  
eò incertus, nihil conciliari fidei per hoc, quod Epistolam ad Ebræos, ut  
ut de ejusdem Autore secundario olim sit dubitatum, canonicam agno-  
scamus, cum diversitatem maximam importet & inspiratorum imme-  
diata conditio & constans Ecclesiæ Græcæ receptio, de quorum neutro  
sibi Syrum Paraphrasten gratulari posse. Eo ipso *addes*; quo pluribus er-  
roribus Syrum scaterere conceditur, tacitè simul concedi, quam imbecil-  
les fundamenti probationes ex hac pharetra desumantur, quamq; is mi-  
noris longe sit autoritatis, quam ut res nonnullius momenti ejusdem  
arbitrio concedi queat. In primis a. Isaaci Casauboni animadversoris  
nostramq; eandem cum ipso tibi instantium, temeritatem manifestâ  
contradictione coërceri, dum idem jam sistitur Confessor simulq; Ad-  
mirator, Syrum non usq; adeò Antiquitatum Judaicarum peritum fuisse,  
se, ut



se, ut ignorârit quid sit δευτερογεντων cum tn. superius à nobis ejusdem  
 verba ad evincendum intentum laudata fuerint, quæ fidem Syro, ut re-  
 rum Judaicarum scientissimo, non esse denegandâ propugnassent. Mo-  
 tum sane Gerhardum vel juxta nosmet Theolog., cujus meritis ac vir-  
 tutibus par non posset inveniri oratio, incomparabilem, ut antiquitatē  
 ejusdem ultra 900 annos producere non fuerit ausus. Quin candidè  
 cordateq; in Alstedium (xxx) sic primis Antiochenis Christianis accen-  
 sentem invehi, sed nequaquam ad Apostolos vel ad tempora Apostolorum e-  
 jus origo referri potest, partim eò, quod nulla prorsus ejusdem mentio extet a-  
 pud Clem: Alexandrinum, Originem, Eusebium, Athanas: Theophyl. Epiphan.  
 Hieronym. Cyrill. Theodor. & alios, qui vel in Syria vel in Ægypto docuerunt  
 vel de variis Scripturarū editionibus differuerunt, & quoq; eò, quod in Titu-  
 lis & sectionibus capitum mentio fiat Venerationis Crucis Precum pro de-  
 functis, Vigiliarū, Memoriae sanctorum aliarumq; ejusmodi rerum, quæ tem-  
 poribus Apostolorum nondum fuerunt in Ecclesiam inventa. (yyy) Diversif-  
 simam v. ulterius urgebis esse rationem Syrae & LXX. Interpretum. Illam  
 incertum habere Autorē multisq; in super hinc inde scatere vitiis, Hanc  
 v. esse certorum hominum sub Ptolomæo ante Christum 291. congrega-  
 torum, quorum nomina etiamnum à Judæis referantur, eorumq; θεο-  
 πρεψων, adeoq; authenticā, nonq; nisi rarissimis non tam vitiis, quam  
 sphalesi, scatere, ex iisdemq; optimè quidē posse probari, ex hoc v. mi-  
 nimè. Non sat tandem, dixeris, esse causæ, quod de majori, quam Idiōtis-  
 mi sive dialecti Ebraeæ cum Syriaca differentia subdubitarem, imò  
 & in alteram partem proniores videri vellemus, cum radices maximè  
 nonq; levi aliqua mutatione l. terminatione diversæ sint, nec min9 quod  
 neuter alterum intelligere queat, necessariaq; sit peculiaris informatio  
 ac grammaticæ satis superq; prodant. Ubi n. sola dialectus diversa (verba  
 Bonfrerii (zzz) Adversarii) ibi vel omnes propemodum voces eadem sunt le-  
 vi aliqua mutatione, vel terminatione diversæ sunt, qualis diversitas in graecæ  
 lingua Dialectis eruitur, uti Galilea ab Hierosolymitana erat diversa Matth.  
 26, 43 it. Ephrataea à Galeaditica Judic. 12, 6. vixq; inter ejusdē regionis inco-  
 las sic ut in diversitas urbibus non sit talis diversitas. Hæc ille: adeoq; non  
 majori jure, easdem credi linguas, quam eadem censerentur lingua  
 Latina, Hispanica, Italica, Gallica, tum inter se cum Latina, à qua o-  
 mnes originem trahant sive eadem erunt germanica, Flandrica, An-  
 glica, quod per absurdum esse sat constat.

n. 40

(xxx) lib. 8.  
præcognit.

p. 113.

(yyy) Methodo  
Studi Theol.  
pag. 64. 65. 66.  
seqq.

Except. ad II.  
respons. primæ  
Except.

Except. ad III.  
respons. primæ  
Except.

(zzz) l. c. in  
præloquio.



Respons. ad Ex-  
cept. ad Re-  
spon. Except.  
Rs. I.

(aaaa) In Ex-  
eg. cap. X. ts.  
274.

(bbbb) In Cō-  
ment. cap. V.  
(cccc) lib. VII.  
Biblioth. sac.

2.4.

§. XIV. Sed hæc non habent adeò difficilem explicationem. De differ-  
rentia n. inter scriptū ad Ebræos & Paraphrastē Syri, quod illud immedia-  
to ductu Sp. S.; hujus v. minime scriptū, quæ urgentur, facillimi sumus.  
Verissimū n. est, quod Epistola ad Ebræos sit scriptum θεόπνευστον, Syria-  
ca paraphrasis minime. (Quamvis falsum sit, nunquam eorum auctoritatem  
in dubium vocatam esse, cum Latina Ecclesia eandem diu ut spuriam  
non receperit, quod multis persequitur Gerhardus (aaaa) imò ne Græci  
quidem omnes.) Sed ex eo nihil nostro asserto ejusdemq; firmitudini de-  
rogatur. Tantum n. Adversarii consequentiam: *cujus rei Autor est incer-  
tus, ex eo nihil potest probari quicquam*, ob incertitudinē sine omnimoda  
exceptione veram esse negavimus, cum juxta Papæos ipsos nōnullos Au-  
tor Epistolæ ad Ebræos ignoretur, cujus tamen derogatur Autoritati eò  
nihil quicquam, Cajetanus (bbbb) Sixtus Senensis (cccc). Ergo conclusi-  
mus κατ' ἀνθρώπων, eò quod de Autore cujusdam operis exactè non con-  
stat, non omnis probatio illustrans confirmansq; intentum exesse ju-  
benda est. Quæ consequentia utiq; verissima, utpote cujus paritatis ra-  
tio utrobiq; eadem est. Est vero non tam Autor ipse, quam rei sive scripti  
dignitas, quæ fidem sibi conciliabit derogabitq;. Et sicut Epistolæ Ebræ-  
orum Autoritas (loquor ex concessis) excludit omne dubium, quicquid  
sit de Autore; sic cum Syrus Paraphrastes sit antiquissimus, nonq; raro  
rituum Judaicorum malè gnaros erudiat evolvatq; utiq; si aliis rationi-  
bus adjungatur ejusdem Autoritas, contemnenda non est. Acceptamus  
autem porrò, quod ex Gerharo pro sua sententia urget, gratesq; agi-  
mus, quod firmum ex silentio patrum posse neci argumentum eo ipso,  
dum ipse usurpat, confitetur, quod tñ. haud ita pridem tantis virib; nega-  
bat. Sed κατ' ἀνθρώπων cū hæc dicta, utiq; rectè sit, urlurus, sic habeat. Ma-  
ximè ab Erudito orbe fieri Gerharū, ut qui tantillo tempore tot pera-  
grarit Eruditorum scripta, ut nisi tot indiciis convictus, vix fidem habe-  
re possis, tot vero eruditissima conscripserit, ut Eruditi hæctenus de in la-  
bore pari desperarint. Eo tamen non obstringimur, ut in opiniones e-  
jusdem juremus (quod Philippus à sanctissima Trinitate, in præfatione  
sua in Thomam Thomæ pollicetur) ut ab aliis meliora edocti non re-  
cedamus. Liberum hoc cuivis reliquit Gerhardus, ut quispiam à se rece-  
dat, sicut passim in re dubia minimeq; salutem concernente patet. Ra-  
tionibus autem laudati viri satis facturi dicimus, minime mirum eos-  
dem non fecisse ejusdem mentionem eò, quod nulli ferè hujus lingvæ  
aliqvalem



aliqualem notitiam habuerint. Certum aliàs vel certè plusquam probabile ante tempora Hieronymi, Epiphani aliorumq; extitisse paraphrasin. Urgebis quidem prætermissionem Hieronymi in Catalogo Scriptorum Illustrium Ecclesiæ, Lingvæ Chaldææ, à qua Syra tantum dialecto strictè loquendo distingvitur, ut vult Bri: Waltonus, (dddd) non usq; adeò imperiti. Sed ex eo nihil magis extorquebis, quam eo tempore, quo Catalogum laudatū bono publico scripsit Hieron: nondū vel Chaldaicæ, Syriacæ Lingvæ cognitionem hausisse, sed jam provectiore ætate demū post ea tempora in iisdem informatum fuisse, cui non refragamur. Cœterum si ejusdem Lingvæ gnarus fuisset, certè nec Jacobi Nisibenæ Episcopi, nec Ephremi Archelai Bardesanisq; scripta silentio involvisset. Vide Walton: (eeee) Sectiones a. ac Crucis inscriptiones nihil magis evincunt, quam illud Heidelbergensium inventum exemplar ea temporibus, quæ cœterà huic paraphrasi non invidentur, non attingere, eorumq; temporum more in scriptum esse, quod non illibentes fatemur, ex eo tamen minimè concluditur, antea alium, qui has recentiorum seculorum notas non inscripsisset, ne utriquam extitisse, quod nobis cum aliis pluribus utiq; videtur. Sed pergendum. Si nulli fides habenda, nisi de cujus rei Autore constat, tunc conclamatum erit de Vulgata Conc. Trident. authentifata versione. Quot n. de eadem sunt sententiarum divortia? Nonnulli Hieronymo acceptam eandem ferendam censent; sed quæ hi præmia reportant à Budæo (ffff) aut gratiam ineunt apud Bellarm. (gggg) Maldonatum & alios quos congescit Hottingerus (hhhh), Stulti, verbo, audiunt Bellarmino. Nonnulli v. Autorem istius planè ignotum dicunt, ut Galatinus (iiii). Alii ex Veteri Italica & nova Hieronymi conflant; sed & hoc Autore incerto, idq; Baronio (kkkk) (ast quanta apud Papæos Autoritatis viro) tam certum est, ut inquirat: *Quoto verò anno, quove Autore incertum remanet.* Imò cur Veteri Interpreti tantam injuriam fieri conquirebatur Adversarius, cum tamen ipsius Autor penitus ignoretur, ut Hieronymus confitetur ipse? Fusius hæc omnia persequitur Calovius (llll). Cur ergò, inquam, eidem infallibilem Autoritatem tribuunt & incerti Autoris & ex propria confessione plusquam sex milibus vitiorum sciantenti (ut superius vidimus) hunc v. (Paraphrasen Syrum) indignum censent, cui aliqua habeatur fides? Sed quid multi sumus in iis, quæ apud saniores Papæos in confesso sunt? quid n. notius, quam ferrea fronte Papæos maximo conatu ad Syri Paraphrasæ Autoritatem provocare, quando perverso furore in affingenda Sacro codici corruptione toti sunt.

(dddd) *Dissert. de Lingv. Orient. th. 32.*

(eeee) *l. c. th. 39. pag. 67.*

(ffff) *Annot. ad digesta p. 1168.*

(gggg) *lib. 2. de Verbo Dei c. 9.*

(hhhh) *lib. 1. cap. 3. pag. 378. Critico-Philolog.*

(iiii) *De Arcanis Christianæ Veritatis p. 286.*

(kkkk) *Ad annū Christi 234. sect. 47.*

(llll) *In Critico sacro p. 512. 1344. seqq.*



(mmmm) lib.  
1. Tractat. 2.  
part. 2. p. 156.

N. 3. satisfit.

(nnnn) In praefat. in N. Test.  
num. 6.

sunt. Detestandæ illius insaniam apud Bellar. Burgensem aliosq; hinc inde occurrunt flosculi, quod vel unius Joh. 5, 7. examen, quem Syrus prætermisit, satis superq; ostendere posset, confer Glasium (mmmm). Anne igitur impunè illi ad eundem provocabunt, nos v. minimè? Unde hanc prærogativam, nisi forsan recentiori præscriptione à fratribus de Walenburch in negotio probandorum Articulorum fidei ex Scripturis interpolatam nobis obtrudere satagent. Nec v. opus est, ut prolixius occurramus, quæ ex vitiositate ac errore Syri Paraphrast. eliciuntur, cum vel illud solum, quod ex ingenua ingenuorum Papæorum Confessione pluribus scate- re vitis conceditur Vulgata Versio, quam tamen ut Asylum probatio- num obtrudere sustinent semper, os obturare possit.

§. XV. Neq; Oedipo indiget in tempus conficta Casaubono nobisq; eundem laudantibus contradictio. Casaubonus n. ne utiq; dixerat, Syrum semper & ubiq; esse peritissimum nullibiq; hallucinatum, quin potius eundem Interpretem jam erroris, jam obscuritatis, jam prolixita- tis jam ignorantiam arguit, idq; doctiorum judicio rectissimè, ut passim Exercitat. Anti-Baronianæ evincunt, sed quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ & ut pluri- mum fidelissimus sit rituum Judaicorum Interpres, adeoq; mirum sit, quod tanti Apostoli autoritate introductum ritum non iisdem, quibus Apostolus verbis usus erat, descripserit. Quo sanè evanescere coactam contradictionem nemo non videt. Sed instabis, quod si ergo in ritibus Ju- dæorum exprimendis nonnunquam aliquid prætermisit, minus tuto de- negabitur hic ritus Missæ primæ Ecclesiæ ex eo, quod Syrus nullam e- jusdem mentionem faciat, aut ejusdem ritus vocem non expresserit. Ve- rum ut ut necessariam eam consequentiam nunquam affirmaverimus solitariè positam, maximè tn. probabiliter ex ejusdem prætermissione Missæ negationem inferri dicimus. Si n. eadem à Jacobo instituta, ut fingitur, qui 30. annos integros (& hæc ex ipsorum mente) Hierosolymi- tanæ præsedet Ecclesiæ, proximeq; Syra versio post hæc tempora confe- cta est, ut quidem Franciscus Burgenis Missæ cæterà propugnator nulli insania cedens, (invito Adversario) indubitanter se hoc tenere ait (nnnn) Qui ausus fuisset vocem solennissimè à sanctissimo Viro introductam repudiare, aliamq; substituere. Alia v. adhuc est ratio rituum tempore Christi adhuc usitatorum, ad cujus tempora, quia non pervenit Syrus Paraphrastes, in illis quoq; facilius quicquam humani pati potuit, quam in hisce, quæ vel suo tempore facta sunt, vel proximè tamen eadem an- teverterunt. Quamvis non immeritò miremur ejusdem rei inscitiam.

§. XVI. Di-



§. XVI. Diversitatem insuper inter LXX. Interpretes & Syrum Paraphrasten fingi exq; falsa hypothese proficisci nemo ex Eruditis ignorat. De Autoribus LXX. certò constare dissensus Autorum per facile refutat, quorum alii unum, alii quinque, alii aliter propugnant, quod ut à pluribus jam ad nauseam inculcatum consuetò prætermittimus, vide præ cæteris eruditè hæc tractantem Hottingerum (oooo). Quamvis forsitan in hoc discrimen quoddam agnoscendum sit, quod LXX. versionem sub Ptolomæo ejusdemq; jussu scriptam aliquibus indicibus sciatur vel potius putetur (ut ut nec ignoremus à Scaligero negari hocce teste Hottingero (ppp).) Quo v. vel sub quo Imperatore Syra sit conscripta, ignoretur; De Autoribus tn. ipsis nulla est differentia. Eodem morbo laborant quæ de Authentia recoquit Adversarius. Non nescimus quidem plurimis argumentis ut plurimùm sat jejunis nonq; nisi fabularum Patronis dignissimis eam suffulciri, nec tn. ignoramus, quam egregiè partim larva his argumentis sit detracta à Calovio, (qqqq) partim, quam pulchrè ac invictè eadem Authentia decem pluribusq; argumentis complota, quò Adversarium remittimus. Non tantùm tandem Sphalmasi quibusdam sed vitiis erroribusq;, quibus nullus color obtendi potest (uti vel unicum comprobat, quo generationi Gen. 46. integram generationem inserendo temporum maximam confusionem introduxerunt LXX.) scaturire conspurcatamq; esse, hætenus ostenderunt multi & imprimis falsè iridentem Authentiam post Prophetarum Apostolorumq; tempora & vitia plurima monstrantem comperieris Hotting. (rrrr) Cum ergo æq; suos patiatur manes, pluresq; quam Syriaca paraphrasis, quid ex eadem obtineri pro Papæis poterit, multum vero, cum sibi videantur eadem evincere, quâ licentia ex Syro Paraphraste probandi licentiam nobis denegabunt.

§. XVII. De diversitate tandem Syriacæ ab Hebraica Lingva, an Dialecti tantùm eadem sit, an major, litem nemini movimus, neq; in alteram partem magis propendimus, sicut equidem nobis ab adversario affingitur, ex hoc quippe nihil quicquam nostræ decessit assertioni. Sufficit nobis, quod Syro in more positum sit voces more tunc recepto retinere vel certe levissimo vixq; noscendo discrimine repetere, ut ab Hebræis usurpari solita comperit. Licet v. controversiam de diversitate nec jam nostram facere sustineamus, aut Bonfrerii rationes perstringere animus sit, defensorem tn. Bonfrerii non possumus non cujusdam negligentiae redarguere, quod absq; monitione Bonfrerii verba prætermiserit, quando vo-

Resp. ad II.  
Except.

(oooo) Philol.  
fac. de Transl.  
70. lib. 1. q. 8. est.  
p. 350.

(pppp) p. 289.  
Philol. fac.

(qqqq) p. 786.  
Critic. fac. à  
pag. 786. ad  
828. seqq.

(rrrr) Philol.  
fac. lib. 1. c. 3.  
sect. III. q. 8. est.  
p. 374.  
346. seqq.

Resp. ad III.  
Ext.



(ssss) lib. 1.  
cap. 1. Philol.  
fac. p. 12.

(tiii) Part. II.  
l. c. seqq.

do voce Dialecti eò usque abucitur, ut Dialecti distinctione & ea complectatur, quæ una tantum vel litera vel syllaba à se distinguuntur, quod de Galilæis & Hierosolymitanis, Ephratæis & Cananæis compertum habemus, quorum hi quidem Ephratæi Schibboleth efferre forsan ob loci aërisq; qualitatem non poterant, quod Giliaditæ benè poterant. vid. Meier. (ssss) Nam si unius literæ diversa prolatio peculiarem linguæ alicujus Dialectum efficit, quot quæso linguæ nove erunt, plusquam 600 Dialecti vel germanicæ tantummodo linguæ numerari haud difficulter poterunt. Ergo & tot linguæ, hoc certè absurdum esse constat, absurdus tñ. adhuc annectitur, vix urbem reperiri, cujus ἰδιωμα γλώσσης non aliqua ratione ab alterius distingvatur, sic n. quot urbes, tot Dialectos linguæ habebimus & cui sic Bonfrerius adversatur, quis tam stolidum unquam egit, ut sic tantummodo Syram ab Ebraica differre dixerit, vel negaverit. Imò & hoc ipsum maximè refutat Bonfrerium, qui ex hoc primariò impugnat alteram sententiam, quod unus alterum assequi nequeat, jam autem qui hoc de Ephratæis asseri poterit, qui sane si peculiarem habuissent Dialectum, facile ex eorum sermone eos Gileaditæ cognoscere potuissent, quod cum dici nequeat, quin potiùs ex eo, quod vocis Schibboleth prononciationem desiderarint, ut de loquentibus judicium ferre possent, tutò colligimus, fat purè cœterà locutos fuisse. Inde quoque non opus habuerunt peculiari informatione ad hanc linguam, quod iterum voluisse Bonfrerium ex Hieronym. adducto exemplo per facile liquet. vid. Meierum (tttt) ut sic nimis confusè ac secure tantus Vir de Dialecto locutus fuerit.

§. XVIII. Revertimur jam ad id, unde digredi nos coëgit pervicacis adversarii inscitia impudentiæ malitiæq; juncta, fulcrum puta, quod firmiter vel certè plausibili probabilitate pro nostra sententia ex Patrum silentio extruximus. Nihil v. nostræ sententiæ accedere ex eo certissimum est adversarius, cum sic videatur Chaldææ paraphraseos hactenus credite, antiquitati multum derogari, ejusdemq; origo seculo demum VI. adscribenda sit, quod quantum sit solæcismus Chronologicus, Eruditis esse notissimum. At & hocce Achillæum adversario extorquebimus inq; propria favere viscera, quin & suis imprudenter contrariare, jam jam patebit. Quod si n. ne probabile quidem argumentum (nam seorsim ita consideratum nunquam necessariam connexionem ex eorum silentio duximus)nectere licet pro quodam obtinendo, quare hanc Autoritatem sibi ipsi indulserunt Papæi, dum non raro contortuplicatè satis



eè satis eorundem suffragia qualicunq; *pa* *Q*uodlibet conquirunt. Sic n. Ni. DISP. III. col: Cufanus Germanus, (uuuu) Vir ipsorum Pontificiorum confessione DE DENO. undiqvaq; clarissimus de fide Alexandri I. Papæ decretalium Epistolar: MINATIO. ambigens inquit: *Suspecta est cum aliis. propterea, quia nemo Doctorum Ec- NEMISSA* clesie mentionem earum facit. Finge a. per Patres alios quam primitiva ex *Π* *Θ* Ecclesie intelligere & contextui vim inferes maximam. Clarius adhuc P R A E S. M. Bonfrerius (ne quicquam contra priorem veritatis multoties testem In J A C O B U S dici expurgatorio accensitum excipere possis). Duacensis Professor Je- R O S E R / sulta, cum in Syriacæ Paraphraseos Autore occupatus est, an illa Marco RESPOND. Evangelistæ adscribenda sit, sic in fit (xxxx): *Ejus Autorem putant esse Mar- D A N I E L cum, quod si verum magna utiq; est Autoritatis; sed Bellarm. & Serarius eum Wincel- Autorem negant (adverte & eandem rationem & Bellarmini & Serarii es- mann / Py- se nobiscum.) quod Veteres Patres, qui in Syria, Palaestina, Ægypto versati ritzens. Po- sunt, Cyrill. Alexandrin. Athanas. Theophyl. Epiphani. Hieronym. & c. aliq; meran. aliquam mentionem facturi fuissent (eadem planè & nos formalia adhi- (uuuu) de Con- buimus) si ita se res habuisset, cum tn. ipsi ne verbulo quidem hujus memine- cordia Cathol. rint. En fraterculos tuos eadem chorda nobiscum oberrantes, uti per lib. III. cap. 2. contemptum antea loquebatur Jesuita, nobiscumq; ratiocinantes. Cur (xxxx) Prae- ergo in nobis improbares, quod in tuis approbas, nisi omnium tuorum loq. in tota Bi- reverentiam exuisti. Sed ex tuis tibi hæc propinasse sat sit. Rem v. ipsam bliæ p. 70. si spectemus, fatendum sanè est, ut nec ex Patrum confessione (quod nec ipsos Patres velle Dorscheus de Missa c. 9 fusè ostendit) sic nec ex absoluta dicta negatione aut silentio eorundem firmisimè quicquam sic colli- ligi posse: Patres hoc silentio involverunt, ergò nec tunc nec unquam fuit usu receptum, certum est. Cum plurima Patres ignorârint de multis quoq; tractationem non susceperint, ut rectè antea Tarnovius loque- batur. Sed neq; sic tn. de jure nostri argumenti concedimus quicquam. Minimè n. nos sic fuimus argumentati: Eo quod vocis Missæ apud Pa- tres non sit mentio, ergò non fuit usitata, sed sic maxima plausibilitate nobis argumentari visi fuimus: *quia Patres de bocce sacramento aut Sa- crificio juxta Pontificios, qui ad Autoritatem Patrum (ut ex Discuss. Her- berian. lucubrat. Dorschei laudati (yyyy) patet,) conglobatim provocant (yyyy) Cap. VI. exactè hanc tractationem subeuntes, ne verbo quidem ejusdem mentionem & IX. faciunt. Ergo vox hæc ipsis non innotuit. Qui n. contigisset, ut ne uni qui- dem fusissime hanc materiam persequenti hæc vox notissima & à tan- to Apostolo Jacobo introducta, excidisset.**

§. XIX. Nec est ut tanto conatu quasi triumphaturus urgeas Chal- Resp. ad n. 3. dxam  
 E



(zzzz) Phil. S.  
disp. XX. poster  
de Confus. &  
Conserb. p. 200.

(aaaaa) Tom.  
I. pag. 86 Tom.  
IV. p. 8. 9. 10.

(bbbb) De  
Conserb. Ebraea  
Lingv. disp. XX  
pag. 201.  
(cccc) in Phil.  
Sac. à pag. 154.  
cap. IV. ad 204.

dæam Paraphrasin vel ipsa nostri Salvatoris tempora antevertentem nunquam in. ejusdem Patres vel verbo quodam meminisse. Nam licet ne; minimum quidem Judæorum superstitioni tribuendum putemus, Jonathanis paraphrasin ad tempora Haggæi eodem autore prorogantium, aut ante captivitatem Babylonicam eandem extitisse defendamus; utpote cujus rei nullus fuisset usus; nec in. ideò non neminis Eruditissimi cœterà Viri, Patroni nostri meritissimi, assertionem, quâ Chaldæa Paraphrasin Hieronymo posterior affirmatur eodem nixi fundamento, quo antea Adversarium nostrum superbire vidimus, probamus, quin potius iisdem accedimus, qui non spernanda probabilitate easdē Onkelosi & Jonathanis circa tempora Christi aut paulo prius exaratas contendunt, quod ratione evincit Leusdenius, (zzzz) Diversissima in. (licet hoc non negemus) horum cum eo, de quo disquiritur, est ratio. Quod n. Patres ejusdem non fecerint mentionem, partim ipsorum hujus Lingvæ ignorantia imputari potest, uti in confesso est paucissimos in hisce fuisse versatos, partim quoque, si periti Lingvarum fuerint, Judæorum pertinaciæ ac pervicaci invidia, qui easdem occultarunt, vel quod nulla occasione harum tractationem susceperint. Certum equidem Origenem & Hieronymum Ebraismi & Chaldaismi non fuisse ignaros, cui adjungunt Epiphanium, imò nec ambigitur de familiari Hieronymi cum Judæis conversatione, quam ipse de Barabano Tyberienti, Luddæo, non diffiteatur, vide (aaaa) sed ex eo, uti dixi, non potest evinci, recens Rabinorum Chaldaicæ Paraphraseos inventum, quin potius invidiam hanc Judæorum probè dispicientium Hieronymi acerrimi contra se ipsos Disputatoris causæ servituras has paraphrases interpretamur, aut si quicquam ipsis (quamvis Hieronymo constitisse quicquam simpliciter negemus) constitit de ipsis, causam aliam non invenimus, quam quod Tractationem de iis nullam obierint. Et sanè si post tempora Hieronymi conscriptæ prius fuissent, cui quæso bono tunc elaboratæ fuissent, cum populus Judaicus, ex quo in omnes orbis angulos dispersus fuit, nec Chaldaicam nec ullam aliam ex illis retinuerit vernaculam, ut rectè sentit Leusdenius (bbbb) cui ad stipulatur Meierus (cccc). Sed diversitatem, ut repetamus, ab hoc nostro maximam quis non deprehenderet. Sacrificium n. quod sic dicunt Missaticum Patres passim de industria persecuti sunt (loquor ex hypothesi Papæa, ut ut eadem falsissima sit) quomodo ergò de his nihil quicquam egissent? De Origine & Hieronymo idem in exemplo allato affirmari potest neutiquam. An v. de injuria conqueri  
j're



jure posset Adversarius, si hanc exceptionem, qua à silentio absolutè sic dicto progreditur, cum nos nullibi ex silentio absolutè ita argumentati fuerimus; sed cautelâ adjectâ dixerimus: Tum demum mirum esse, si quis fusè satis quidpiam pertractarit, nec tamen alicujus mentionem, quod tunc notum fuit eoqve pertineat, faciat, malitiosam detorsionem proclamitaremus, cordatiores judicent Lectores.

§. XX. *Minor* verò *ἀπαυδευσία* ac audaci Temeritate non clamitat Adversarius, ne quidem ex Scripturæ silentio quicquam inferri posse. Quod si n. hæc Adversarii mens est, non esse peccatum contra jus divinum, quod nec expresse, nec per bonam Consequentiam, uti loquuntur in Scriptura interdictum legitur, tunc non nisi futiitate sua sese commendare, putamus argumentum. Unde enim tu quæso scis aliquid esse peccatum contra jus divinum (strictè loquor) nisi vel expresse vel implicitè ex Scripturis idem deduxeris? unde v. illud ubi non est lex, ibi non est prævaricatio legis, nisi ex eo, quia Scriptura nihil perhibuit de eo. Frustra a. sic & audacissimè provocatur ad Polygamiam, quasi ista statuatur in V. Test. fuisse peccatum, cum ne vestigiùm ipsius prohibitionis habeatur. Quamvis n. non nesciamus; nec è nostratibus defuisse nec deesse literatores egregios, qui in V. Test. Polygamiam velint absolvere à peccato, quibus accensemus D. Höpferum, (ddddd) Musæum, (eeee) urgentibus ut plurimum silentium Prophetarum & Patriarcharum aliorumqve Sanctorum exempla. Ex Calvinianis plures ut Hugo Grotius, (ffff) Janus Drusus &c. quorum longum Cathalogum texere jam instituti nostri ratio non patitur, nec tn. ignoramus plurimos *γνώσιως* Orthodoxorum dissentire. Quidni enim primava institutio per Christum Matth. 19. expresse illustrata, vim mandati contineret, omnèq; Polygamiam simultaneam inhiberet. Decidit cerè Christus quæstionem illam de Repudio Polygamiaq; simultanea ex antiquissima illa lege Gen. 2, 24., qua cautum esse ait, ut non nisi duo sint in carnem unam. Quidni ergò interdicta Polygamia? Quod si forsan Adversario ad jejunam illam rimam cum Grotio aliisq; Sozinianizantibus confugere, novisq; præceptis Christi sese obtegere placuerit, Magn. Calov. (ggggg) omne dubium tibi exemisse comperieris, quibus adde Dn. D. Ziglerum (hhhhh) qui alios adducit,

§. XXI. Nimis autem porro frivolum ad jejunum est, quod urgetur. Nos adorationem Angelorum improbare, utut in Bileamo eadem non legatur reprehensa. Annon. n. status Controversiæ sic misere pervertitur? an nos eò absurditatis fuimus prolapsi, ut dixerimus vel è silentio Pa-

Resp. ad n. 3.

(ddddd) Diff. de Matrim. Lipsiæ habitas, 12 & 13.  
(eeee) In prælectionibus de Conjugio.  
(ffff) lib. 1. de jure belli & pacis cap. 1. lib. 2. cap. 5.

(ggggg) In annot. in Levit. cap. 18. & 21. & 25 Deut.  
(hhhhh) In Grot. pag. 272. lib. 2. cap. 2.

Resp. ad n. 4.



trum vel Scripturæ simpliciter quid firmiter concludi posse, non sanè, sed sic se habet nostra assertio (quam invitus repeto): *Quia hujus vocis non faciunt mentionem Patres, cum tñ juxta Pontificios hæcce fusissimè pertractarint colligitur sanè probabiliter ex eo, iisdem hancce vocem notari non fuisse.* Conferantur jam hæc cum iis, quæ adversarius urget, & non nisi ab omni judicio de relicto disparitatis ratio undiquaque sese ostendet. Scilicet quamvis Spiritus Sanctus recensionem flagitii alicujus reprehensionem non è vestigio subnectat, adeoq; sileat, ex eo tñ. non sequitur. Ergò non est interdicta *Ἀγγελολατρεία*, sed sufficit hocce nobis, Scripturam, ubi ex professo ac instituto invocationis objectum pertractat, satis evidenter ab eodem Angelos excludere. Concedimus ergò quin & urgemus contra Papæos licitam ex eo *Ἀγγελολατρείαν* colligentes, quod non legatur Bileam idem per tentans reprehensus, nihil ex eo silentio posse extorqueri, cum cætero quin non improbandas magicas incantationes, ad quas Bileam legitur ivisse, nec interdicendas, concludendum foret. Sed ratio intermissionis est clara, quia hic propositi fuisset Spir. Sancto simpliciter recensere Bileami acta, non vero ibidem ex professo redarguere. Ostendat verò Adversarius, quod doceamus, non nihil interdictum esse, ut ut nec expressè, nec implicite interdictum in Scripturis legatur, & erit nobis magnus Apollo.

*Exceptio specialior.*

*Resp. ad Except. special.*

§. XXII. *Sed dixeris* ne sic quidem tuto colligi quicquam ex silentio Patrum posse, cum non nihil prætermiserint sæpiùs, cujus tñ. exactam considerationem subierunt. Sic certum est, August. quinque vicibus explicasse Symbolum Apostolicum, prætermisisse tñ. Articulum de descensu Christi ad Inferos, quæ tñ. ejiciendum ex Symbolo Apostolorum nemo sanus dixerit. Sed ne sic quidem evinces intentum, non n. ex eo magis colligitur quicquam, quam verba descensum Christi ad Inferos experimentia in omnium Ecclesiarum exemplaribus vix reperta fuisse, quod haut infimi commatis Viri haut invite largiuntur. Vix enim vero consonum, Irenæum, Originem & Tertullianum adversus Praxeam, qui Symbolo Apostolico lucem fœnerati sunt quodam commentario, in primis a. Augustinum, qui ne quintam quidem operam defugit, prætermisuros fuisse partem, qui totum pertractandum sumserant. Unde quoq; Rufinus testatur, quod Ecclesia Romana ista verba: *descendit ad Inferos* non legerit, ut ut Ecclesiæ Aquileensium idem lectum fuerit. Cum ergò horum Patrum exemplaribus non fuerint inserta hæcce neq; exponere potuerunt neq; silere, adeoq; ex eorum silentio colligi nihil potest, cum sic  
non



non potuerint non silere, quod simpliciter ignorarunt. Quid v. hæc ad rhombum? cum nobis controversia sit, an ex eo probari possit Missæ vocem esse tantæ antiquitatis, cum Patres rem per eam denotatam juxta ipsos explicarunt sæpius, nec tn. verbo ejusdem vocem tetigerunt, quod affirmamus, Pontificii a. adducunt exempla nonnulla evincencia prætermisisse Patres quædam, quæ non potuerunt non prætermittere, utpote ignari.

§. XXIII. Pergimus jam ad querelam, quam de injuria Patribus illata instituit Adversarius, quod eadem vox haud rarò Evaristi, Alexandri, aliorumque scriptis inserta reperiat, qui tn. nihil vel antiquitate vel eruditione Irenæo Justino, aliisque concederent. Sed bona verba quæso, nulla est injuria, nisi quæ Patrum Sanctorum scriptis infertur summa, cum spuria Pseudo-Patrum, ut Evaristi, Alexand. &c. iisdem æquiparantur. Non hoc ipso conviciandi libidini indulgemus, aut *furore in ipsos ut Pontifices Romanos de bacchamur*, (quod Erbermannus Musæo Jenensi in *Anti-Musæi præf. de Eccl. ut ut eundem cæterà ab hac libidine absolvat. attribuit*) utpote quos Viros suo tempore non malè de Ecclesia meritos novimus; sed impudentiam ac temeritatem adversarii non possumus non arguere, quod scripta seqviorum temporum sanctis istis Viris imputare audeat. Qvî n. ea, quæ splendidum Alexandri I. nomen (*crimine ab uno disce omnes*) mentitur Epistola ad Alexandri I. tempora, ut annum Christi 120 attingentia, referri posset? Prolixus est ejusdem Autor in evincenda Trinitate & Unitate suffragiumque Patrum ea in re conqvirit anxie, cum tn. non nisi admodum in Historia Ecclesiastica infanti sat constet, de Trinitate in iis quidem formalitatibus ante Concilium Nicenum nihil quicquam actum fuisse, quo in vel Pontificii cujusdam Nicol. Durreu (iiii) commeremur calculum, qui addit inventum tunc nomen Trinitatis ad dilucidiores rei explicationem in Conc. Niceno. Quot v. annis Alexander I. concesserat jam satis? seculo integro aut plus eò, qui ergo hæc ejus Epistola pertractasset, quæ longo tempore post actitata sunt, nisi forsitan speciale privilegium iisdem, quod à nonnullis Eliæ Epistolæ 2. Paralip. 21. attribuitur, vindicaveris. Ne jam præter principale institutum invehat in nonnullorum locorum Scripturæ detorsiones, quibus passim Epistola illa *ἑποβολιμαῖ* abundat, in lucem protraham, aut ex ipsius temporis commento cum Consulibus Trajano & Heliano nunquam *Συγχρόνοις* conjungente, commentum ostendam, quæ vel ipsi Papæi non dissimularunt, ex quibus nomino Cusa-

*Resp. ad n. 5.  
tertia Except.*

*(iiii) Triplici  
Conversione  
Angliæ part. 1.  
cap. 5. num. 17.*



(kkkkk) De  
Concord. Ca-  
thol. lib. VI. c. 2.  
(lllll) Annot. in  
distinct. 16. c. 70  
(mmmmm)  
Tomo X. an-  
nualium ad an-  
num 865. di-  
stinct. 6. 7.  
(nnnnn) In  
Tract. de Misse  
cap. 6. pag. 235.  
(ooooo) Con-  
fess. Cathol.  
cap. 1.  
Part. 2. cap. 9.  
thes. speciali 10.  
pag. 355.  
Resp. ad 6tum  
num. Except.  
tertia.

(ppppp) Disp.  
cit. S. de Poly-  
gamia simul-  
tanea.  
Resp. ad 4tam  
Except.

num, (kkkkk) vel si hujus fides tibi suspecta, Antonium Contium J. C. (lllll) Imò vel Baronius fictarum antiquitatum cœterà Patronus ac admirator magnus, (mmmm) adventitias recensq; inventas proclamare haud erubescit, quo cum facit Bellarminus, qui nonnullos errores in eadem irrepisse confessus est. vid. Dorscheum, (nnnnn) Gerhardum (ooooo). Qui ergo tandem iis fidem eandem attribuemus ac Patribus aliis? sed de his reliquis forsan inferius dabitur ansa differendi. Jam tantum impudentia Adversarii erat perstringenda.

§. XXIV. Non tandem utrumq; crus fractum, ut triumphat Adversarius Autoritate D. Tarnovii speramus, Ne n. nullius nos jurare in verba Magistri teneri dicamus, minus tn. nobis rectè opponi eandem ostendemus, diversissimamq; esse rationem evidenter demonstrabimus. Dixerat B. Tarnovius in absolutissimo Tractatu de Conjugio, Polygamiam non esse approbandam & cum videret sibi silentium Patrum obijci posse, scilicet in eo exemplo à non damnata lege Valentiniani: *Non valet argumentum, inquit, ab Autoritate negativa desumptum in Articulis fidei: Scilicet hoc non in literas est conjectum, ergo factum non est*, quasi diceret. Sic ita, Patres non invecos fuisse in legem istam, ex eo tn. non approbata est ab ipsis Polygamia, cum vel non sciverint, vel etiam improbarent, ut ut eorundem scripta interierint. Quæ collectio ejusdem non est reprehendenda. Non ergò absolutè loquitur Tarnovius, non negat probabiliter posse colligi, quia Patres de hoc ex professo egerunt, nec tn. vel vel verbo ejusdem mentionem fecerunt, Ergo nec tunc innotuit; sed negat tantum simpliciter à silentio Patrum nulla posita circumstantia, si aliàs de eadem re controversa satis constet, ad rei negationem procedi posse. Qui v. causa Adversarii inservire poterit? cum ille confiteatur fufissimè Missam nomine Sacrificii pertractatam esse, quid ni ergò vestustissimam vocem retinuisent? Cœterum de re ipsa si nostrum esset judicare, diceremus utiq; Patres reprehendisse illam legem, ut ut non totidem verbis; sed prolixè tamen satis Polygamiam contra jus primævum pugnare accerrimè disputantes, cujus specimen reperies in Chrysoptomo aliisq; quos exhibebit D. Calov., (ppppp) quod tunc sufficiebat Christianis, ut ut totidem verbis in diploma Cæsareum non inveherentur.

§. XXV. Plus non habet in recessu, quod urgetur, minus commodè sumi pro concessio, vocem **𐤒𐤓** esse Chaldaicam, cum vix probari queat, in Deuteronomio voces Hebreas admixtas, utpote lingua eorum omnimodè purè fluente. Nam nos nunquam diximus vocem hanc



hanc **כְּסֵל** esse Chaldaicam, quod quidem nobis Adversarius affin-  
 git; sed eam diximus esse ex iis vocibus, quæ Hebræis & Chaldæis sunt  
 cōmunes, quod quid absurdi inferat, æquidem hæcenus assequi non va-  
 luimus. Sed dixerimus **כְּסֵל** esse Chaldaicam vocem, nihil tñ. vel sic  
 Adversario concessimus. Quod n. Adversarius ex puritate à lingua Ægy-  
 ptiaca in Ægypto viventium Israëlitarum conservata, omnimodam ex-  
 cludit aliarum vocum ad mixtionem, jejunum nimis est. Ne n. ad indu-  
 striam eorum, qui sollicitè hæc conquisiverunt provocem, qui vel se-  
 xcenta in Deuteronomio nullatenus Hebræa inveniri autumant, ex qui-  
 bus nominare possem Junium (qqqqq) aut voces adhuc controversas, cu-  
 jus originis sint, ut illud Genes. 49. **אֶבְרָהָם** huc traham, ex quo quæso  
 fonte erues vocem **אֶבְרָהָם** Gen. 41. quæ certè plurimorum Rabinorum  
 Hieronymi aliorumq; consensu est Ægyptiaca, ut Meierus (rrrrr) nemi-  
 nem de eo dubitare asserat. Unde Exod. 13. **שֵׁטַח** / quod vulgò red-  
 ditur frontalia, si ex Hebræo cum nonnullis Judæis tentaveris, fat, cre-  
 de, desudabis, imò tandem cum aliis Rabinis, quos testatur Scalig. (sssss)  
 Ægyptiacam aut aliam fateberis. Ut jam prætermittam Exod. 16, 15. **מַן**,  
 de quo multis eadem mens est, vide Lev. 9, 19. Exod. 8, 6. Quod si autem,  
 ut hæcenus monstratum, Ægyptiaca juxta eos, quos adduximus, inserta  
 sunt Deuter., qui repugnabit eidem inserta & Chaldaica esse nonnulla.  
 Nec v. sic negamus Israëlitas puritatem Ebrææ lingvæ conservasse, cum  
 unius vel alterius vocis admistio non possit derogare puritati lingvæ.  
 Novimus n. ob rationes allatas, utiq; non fuisse immutatam Ebræorum  
 lingvam, nisi statuere velis ob unius vel alterius vocis Gallicæ Latinæq;  
 admistionem & germanicam, in primis autem Hollandicam Lingvas  
 esse immutatas.

(qqqqq) lib. 2.  
 Gram. Ebræo  
 cap. 8, p. 94.

(rrrrr) part. 1.  
 Philol. Sac.  
 pag. 124.

(sssss) In E-  
 lencho Hæres.  
 Triheres. Nic.  
 Serarii cap. 7.

§. XXVI. Sed ne quicquam desiderare queat Adversarius, En ex Deut.  
 Chaldaicas quasdam voces, Gen. puta 3, 24. **כְּרֻבִים** Cherubim dis-  
 sentientib9 licet multis Rabinorū, tñ. Chaldaica ab Eruditis creditur. vi-  
 de Meierum, (ttttt) hocce. defendentem. Eundem in finem accersunt  
 illud Deut. 3, 25. **אֶבְרָהָם** / quod vulgò per robur redditur. Vide plura a-  
 pud Meierum l. c. & seq., qui confitetur quosdam Chaldaismos & Chal-  
 daicas voces in Mose reperiri. Ergò si statuimus vocem **כְּסֵל** / de qua  
 controversia est, esse Chaldaicam vel eam quæ Chaldæis cum Hebræis  
 eadem est, tam rigorosam censuram certè non meruimus, qualem antea  
 Adver-

(ttttt) part. 1.  
 pag. 305.



(uuuuu) Com-  
ment. Deut. in  
hunc locum.

Adversarius in nos ob id exercebat. Sed sit tandem non esse somniam-  
dam Chaldaicam, sed Hebraicam descendereq; à radice טו, quod tri-  
butum significat, licet plurimos idem negare simpliciter sciamus, sicuti  
Gerhard: alteram, quæ per sufficientiam exprimit, magis veritati con-  
gruere affirmat, (uuuuu) idq; vix citra absurditatem posse fieri superi-  
mus evicerimus, nec sic in victas manus dabimus, an n. adeò insolens  
est, voces quasdam origine & natura Hebræas Chaldaicam in sortiri si-  
gnificationē juxtaq; illam explicandas esse? minimè. Commodius certè  
vix Te expedies circa verba Proverb. 31, 1. לַמְחֹרֶת מְלָכִין quod vul-  
go redditur: *ad delendum Reges*, quam si ex Chaldaismo, in quo מְלָכִין  
consilia à מְלָכִין notat, exposueris ut sensus sit: *Ne des mulieribus robur  
tuum & vires tuas ad delendum* sive corrupendum consilia. Quod si er-  
gò huic adjungeremus cum Meiero nostram Controversam vocem  
מְלָכִין, concedendo esse Hebræam ex טו/ita in., ut ex Chaldaica si-  
gnificatione in מְלָכִין Ebræam perdat atq; sufficientiam denotet, ha-  
ctenus causæ Adversarii non servitur. In Regimine ulterius vocem  
מְלָכִין positam mordicus præ tendit, sed hæc nos non simpliciter nega-  
vimus; sed tantum diximus, si & negaremus, nihil ex eo absurdi seqvi.

(xxxxx) Mei-  
erum Phil. S.  
c. 7. p. 311. seqq.

(xxxxx) Quod tandē particulam *juxta* subaudiendam putavimus, id ex  
eo factum, quod Chaldæum præpositionem illam cap. præced: v. 8. ante  
suum מְלָכִין/ quæ non exprimitur in Hebræo ante וְ idem facientem  
viderimus. Licet vero extruseris, quidnam roboris ex eo accedet cau-  
sæ tuæ? Quidnam patrocini?

Resp. ad Vta  
Except. num. 1.

§. XXVII. Patrocinium jam Adversarius suscipit Veteris Interpre-  
tis, quem ejusdem judicio præposterè erroris in simulavimus. Sed frustra  
injuria à nobis intentata asseritur, frustra quoq; defenditur. Non erro-  
ris hac vice eundem insimulavimus, utpotè quod institutum nostrum  
jam vix concedit, alibiq; à pluribus factitatum, sed tantum ejusdem mo-  
rem advertendi consuetudinem protraximus, qua sæpè non tam meta-  
phrasten quàm paraphrasten eundem egisse nonq; rarò voculam quan-  
dam prætermittere asseruimus, quod certè neutiqvam est erroris quem-  
piam redargvere, sicut nos perperam adversarius accusat.

#. 2.

§. XXVIII. Frivolum tandem prorsus est, quod egregiè sibi excepisse  
videbatur, posito non esse Hebræi Codicis mentem veterem Interpre-  
tem assecutum, in Hebræo in. hanc vocem haberi, quod sufficere. Quis  
vocem מְלָכִין in Hebræo haberi negavit, nisi qui forsitan in Ebræo prorsus

fus



sus esset ἀναλφάβητος. Non ergo de hac litere quispiam unquam movebit; Sed an vox ea, quæ in Hebræo legitur, Missam Pontificiam exprimat, sive potius, an Missa Pontificio: ex Hebræo denominationem acceperit, hætenus κενόμενον fuit, quod nondum evictum. Non n. ad hoc quædam similitudo sufficit inter utramque; voculam, si sonum respicias, si desit rei similitudo & ratio originationis, aliàs quidvis ex quovis fingere liceret, atque sic, ut exemplo rem declarem, vocabulum Beta, quod apud Latinos oleris nomen est, à græco βήτα, quod literæ nomen est, derivari posset &c. vid. Meierum (yyyyy).

§. XXIX. Aggredimur jam arcem causæ ac rationem facile principem, quam immotè sibi adversarius ex eo videtur sumsisse, quod hæc vox vel ipsi Jacobo Apostolo natales suos debeat; sed sibi tantummodo iisque videtur, quorum palato præter fabulas & mendacia nihil sapit, ut inquit Casaubon. (zzzzz) Merum n. commentum, putidissimumque figmentum omne illud, quod de Jacobi Liturgia circumfertur, esse, nobis est certissimum, nec minus ejusdem moneræ esse credimus, quæ huic superstruuntur. Fulcrum ergo destruere juvabit, ut superstructa corruant: Quamvis v. hocce labore refutandi superfedere nos potuisse cuidam videri possemus eò, quod vel ipsi Pontificii sibi ipsis jugulum feriant, nimisque timide ac trepide de eadem loquantur, ut Baronio (aaaaa). Super additis precibus, aliis v. breviori summa contractis ritibus nonnullis auctis aut mutatis paulò diversior ab illa prima habetur (licet parum hicce sibi constans ad Missæ figmentum evincendum ad annum 34. n. 69. gnaviter eandem adducat) Bellarm. v. non amplius dubitare videtur. Ego sic sentio, inquit, eam non esse ejus, aut à posterioribus eidem multa addita esse. Sed quia nostro Adversario magis hæc ex pietate & simplicitate, quam eruditione acritata videntur, eorum autoritate minus constringi se patietur. Usurpabimus tn. ipsorum argumenta contra adversarios. Quod si ergo larvata ista Liturgia, quatenus extat Tom. II. Magnæ Biblioth. Patrum editio: Colon: An. 1518. à fol. 13. ad 20. ab ipso Jacobo conscripta est, quæ contingere potuit, ut sit quasi Cento Paulinus ex ejusdemque Epistolis, quarum pleræque Jacobi obitum demum insecutæ sunt, manifestè consarcinata sit, quod perlustranti non potest non patere. Si vera, si antiquis cognita fuisset probataque, cur in Ephesino & Chalcedonensi Conciliis Patres in controversia contra Nestorium de veritate duarum Naturarum vix unum aut alterum locum Origenis & Eusebii proferunt, unde Virginem θεοτόκον Antecessoribus vocatam afferant, cum in hac Liturgia

(yyyyy) part. 2.  
Phil. S. p. 365.  
366.

(zzzzz) p. 118.  
Exercit. XVI.

(aaaaa) Tomo  
I. ad ann. 3.  
num. 16.

num. 1. EXAM.



vel sexies hoc nomine insigniatur? Certe suffragium Apostoli ipsiusq;  
 Spir. S. ad stabiliendam veritatem, & primū & præcipuum illorum Con-  
 ciliarum Canonem, quod vel solum litem dirimere potuisset, non præ-  
 termisissent. Quis a. poterit adduci ut credat, in Synodo Constantino-  
 politana contra Macedonium, ubi acriter de consubstantialitate cum  
 Patre disputatum est, Apostoli suffragium, quod iisdem verbis Patri Sp. S.  
 consubstantialem appellat omisso fuisse Concilii Patres. Sed & in-  
 ferta vox ὁμοῦσι eidem antiquitatem Jacobi affingi, prodit maximè.  
 Quod si enim jam dum tempore Jacobi confecta, certè eadem vel tan-  
 tummodo Hierosolymis, ubi nata, conservata fuisset. Si hoc, quæ poterat  
 esse ignota Episcopo Hierosolymi: in Nicæna Synodo prima, ubi acer-  
 rimè disputatum cum Arrio ubi constituendum τὸ ὁμοῦσιον & in plerisque aliis  
 Sardicensi. Arimiensi, Syrmienti, ubi lis dirimenda inter ὁμοῦσιον & ὁμοιῶ-  
 σιον, utrum Filius & Sp. S. Patri ὁμοῦσι dicendus sit, cum utrumq; in Li-  
 urgia habeatur. Unum hoc tanta jurgia componere, tantas Tragedias, quæ  
 orbem Christianū tantum non evertabant, ante vertere quam minimo nego-  
 tio potuisset, recte inquit Morneyus (bbbbb). At v. publicè quoq; oratur  
 pro iis, qui sunt in Monasterio, ut gratiam inveniamus cum Confessori-  
 bus ac Monachis, Ubi v. eo tempore ea? Iphis Pontificiis nonnullis veri-  
 tas extorquet, ut in Antonio an. 366. vita functo Monachorum ordinem;  
 Monasteria v. per Hylarionem prioris discipulum instituta esse confi-  
 teantur? Ne jam vel quid de Trifagio Sanctus S. S. miserere nostri, quod  
 longo tempore post circa Felicè III. ad annum propemodum 400. sin-  
 gulari miraculo inventum videtur quid dicam, aut jam effata nonnulla  
 nonnullam impietatem redolentia de Invocatione Mariæ Θεοτόκου, Pre-  
 cibus pro defunctis, Oblatione Thuris in remissionem peccatorum, ut  
 sub initium habetur, ut quibus ne secula quidem tertium & quartum &  
 tantum non quintum nedum primum conspurcata fuerunt, protraham,  
 ut quod præstitit D. Gerhardus. Conf. Cathol. (ccccc) & Dorscheus de  
 Missa (dddd). Supposititium ergò fictitiumq; hoc, cum non absq; in-  
 iuria Jacobo tribuatur, non potest non sponte sua sequi & Pii I. Auctori-  
 tatem, si ipsius esset, utpote veritati contraria eidem nihil posse præjudi-  
 care, imò & liquet ejusdem Epistolam hocce de Liturgia Jacobi evictu-  
 ram eodem candore produci atq; Jacobi, utpote qui in seculo II. circa  
 ann. 129. vixit eidemq; absurdissimè attribui ex dictis non minus evin-  
 citur, cum ne ejusdem quidem tempore vel de voce ὁμοῦσι vel de Mo-  
 nachis aut Monasteriis, Confessoribus, Mariæ Θεοτόκου Invocatione con-  
 stite-

(bbbbb) De  
 Missa cap. 2.  
 pag. 39.

(ccccc) lib. 1.  
 part. 2. c. 8. de  
 Liturgia Apo-  
 stolorum pag.  
 515.  
 (dddd) cap.  
 7. §. 25. p. 355.



stiterit quicquam, ut vel ipse Bellarm. (ecccc) non audeat pro indubita-  
 ris agnoscere rest. Gerharo (ffff); sed aliquid in easdem erroris irre-  
 plisse concedat. Ne jam eandem censuram attribuamus omnibus decre-  
 talibus, quibus hæc quatuor insertæ sunt, quam Gerharo atq; Casaubo-  
 no commensurasse videntur, uti quidem paulò superius indicavimus.

§. XXX. Eodem encomio absq; injuria dimittere nobis videmur Sy-  
 nodum Trullianam (sic à Palatio Cæsaris Constantinopoli, quo in habi-  
 ta, dictum). Etenim cum hanc saniores Pontificii Constantinopolita-  
 nam VI. Synodum aut ut non generalem, uti quidem Possevin (gggggg)  
 teste Gerharo, (hhhhhh) aut quod Diaconos ac Presbyteros à suis uxo-  
 ribus non esse separandos pronunciarint, aut deniq; corrupta sit illa Sy-  
 nodus, ut Bellarm. fusissimè docet, confiteantur, quidni & eosdem in  
 hac Liturgia Jacobi enumeranda eosdem decipi potuisse, imò dece-  
 ptos Patres colligeremus? minoremq; iisdem ac ipsi Papæ fidem attri-  
 bueremus? Sed & si generale & legitimum illud largiremur (sic n. Ad-  
 versarium liberalitatis suæ prodigum vidimus) pro Hebræa origine, tn.  
 citius nihil obtinebitur quicquam, quam ostenderint illi in illo Cano-  
 ne, quem protrahunt, vocem Missæ haberi. Sed id poterunt ad Calendas  
 græcas, cum notum sit vel ipsis Pontificiorum Criticis annotatoribus  
 illos Canones in græca Lingua esse conscriptos, ut tunc communissima.  
 Quod si verum, certè non vox Missæ, sed *λειτηργια* habebitur. Qvin, (ut  
 concedendo nihil adversario concedamus) tandem nulli ambigentes de  
 generalitate Concilii hujus, & largiamur, latinè primitus hujus Cano-  
 nes (cujus tn. vanitatem Baronio jam dudum exposuit Casaub. fusissimè)  
 (iiiiii) confectos, quid tandem contra nos obtinebitur? Ita habent ver-  
 ba: *Jacobus frater Domini secundum carnem. cui primum concedita Hiero-  
 solymitana Ecclesia &c. addidit nobis Missæ celebrationem.* Ex quibus certè  
 nihil, quomodocunq; demum Te torqueas, extorquebis magis, quam à  
 Jacobo esse *λειτηργια* ac Missam institutam sive potius traditam, ipsum  
 v. nomen ejusdem Missæ introductū ab eodem, dicitur inibi neutiquam.  
 Neq; n. est absurdum, ut quispiam quandoq; ad posteros quid transfe-  
 rat, quod postea successu temporis aliud adipiscitur nomen, ut vox  
*δυσος* rem ab æterno existentem expressit, ut ut in tempore  
 demum est confecta, quamvis nulla nos cogat necessitas, ut in has  
 angustias concedamus, aut eò onus probandi in nos suscipiamus, no-  
 men hocce, autè cum aliud nomen habuerit, hocce quod habet, assum-  
 sisse.

(ecccc) lib. de  
 Rom. Pontif.

cap. 14.  
 (ffff) In Cano-  
 fess. Cathol.

p. 332. & 359.

Respons ad  
 Except.

de Trull. Syno.

(gggggg) lib. 1.  
 apparatusacr.

pag. 799.

(hhhhhh) pag.  
 406.

(iiiiii) an. 158.

ad 168. Exerc.

IX. ad an. 160.

num. 8.



Resp. ad 7<sup>tim.</sup>  
Except. m. 2.

§. XXXI. Ut v. ulterius comparationi, quæ satis impudenter inter scripta Evangelistarum & supposititium hocce instituitur, satis fiat, non injuria de diversitate summa conqverimur. Cum n. Pistorius contra Mentzerum pertinacibus armis ex Ecclesiæ Autoritate Evangelium Matthæi esse Matthæi tantummodo sciri contenderet, rectissime sese expediebat, Historicam hanc fidem non ab Ecclesiæ Autoritate tantum, quam ipsius Tituli inscriptione innotescere dictitans, ut ut historicam hanc cognitionem meram parum ad Canonicam autoritatem referre dicamus, largiamurq; ex Ecclesiæ testimonio plenariò confirmari Evangelium Matthæi esse Matthæi, idq; eò, quod Patres constanti ad unum omnium suffragio Matthæi hocce esse Evangelium contestentur, ipsumq; Matthæi scriptum svavissima harmonia cum reliquis Evangelistis totaqve Scriptura consentiat. Quo v. colore hæc de ficta Jacobi probabis Liturgia? Titulum eqvidem sat splendidum Jacobi nomen mentiri non nego, ipsum tn. scriptum, si quis vel obiter inspexerit, cumq; veritate historica contulerit nubes in purum cœlum purgabit, nec vel leviter tinctus solœcismos Chronologicos non potest non animadvertere, ubinam vero Consensus Ecclesiæ, quo de Matthæi historia sibi gratulatur, de hacce Liturgia? Tantum abest, ut præter silentium Patrum (uti fusè probavit Dorscheus,) (kkkkkk) & Indicis Hispanici cum cantela eandem legendam svadentis censoriam virgam meruerit.

(kkkkkk) De  
Missa cap. IX.  
contra Herbe-

rum.  
Exceptio ad  
respons. contra  
Jacobeam Li-  
turg. & Conc.  
Trullens. auto-  
ritatem.

m. 1.

§. XXXII. Evidentissimis v. hisce Jacobi Liturgiam spuriam evincen-  
tibus, ut ut quemvis ingenuum facile acquieturum planè speremus, Ad-  
versarii tn. notam tergiversationem ac pertinacem contumaciam pro  
Liturgiæ Jacobæ autoritate acriter dimicantem, excepturam prævide-  
mus, non sic utrumq; crus fractum liturgiæ Jacobæ. Non primò ex eò  
quicquam inferri, quod multa videantur desumpta ex Epistolis Pauli-  
nis, quas ab obitu demùm Jacobi scriptas esse, quis dubitaret? Notum  
quippe Paulum Jacobo fuisse longè inferiorem, ejusdemq; quæsi discipu-  
lum, quidni ergò potius dicendum videatur, Paulum ex illâ Liturgia sua  
desumpsisse, utpote quæ tantæ autoritatis apud ipsum fuerit, ut in ejus-  
dem vel verbis acquieverit. Nec videmur Adversario os obturare, si di-  
xerimus, Paulum locutum actum Sp. S., atq; sic dici non posse ex liturgia  
ista spuria desumpsisse, cum aliud non potuerit, quàm inspiratum à Sp. S.,  
proferre. Nam regeret non insolens esse in Sacris, ut Sp. S. sese adstringat  
ad verba eorum, qui ejusdem instinctu loquuntur, ut ex Esaiâ, Jeremiâ &  
Amos, quorum iste, ut in aula educatus longè elegantiori ingreditur sty-  
lo, hi



lo, hi verò simpliciore pro conditione educationis ac natiuitatis, exactè  
constat, adeoq; nec absurdè dici & hic sese accommodasse Sp. S. nonnul-  
la imò multas periodos ex Liturgia Jacobi, ut priore Paulo eidemqve  
perfamiliari desumendo. Non, *perges*, porro voces *ἁγιῶν* & *ὁμοῶς*  
inventas quicquam fidei derogare, quarum alteram contra Nestorium,  
alteram contra Macedoniū & postmodum aduersus Arrium anxie que-  
sitas tandem Patres invenerint ad impietatem Arrii retundendam. An n.  
insolens, inquis, tunc fuit Hæret., ut animadvertentes scripta nonnulla  
hæresi suæ exitium minari, eadem vel sustulerint vel certè occultarint.  
Patere id ex Bibliis, quorum exemplaribus pluribus versum trium testiū  
i. Joh. 5, 7. extrusum esse, fors ab Arrianis, nemo nescit, ut vel noster Lu-  
therus aliorum Bibliorum suo tempore potiri valuerit neutiqvam. Plura  
recenset Glasius (lllll). Quidni ergò ejusmodi Liturgia, quam non adeò  
frequentem ut S. Biblia ab omnibus tritam nemo negat, Hæreticorum  
horum fraude subducta, inq; tempus occultata fuisset? Quare mirum  
non sit, Patribus crucem fixisse hujus vocis absentia, quam tn. vir divinus  
Jacobus suæ Liturgiæ inseruerat, ut ut insciis Patribus. Nec v. intentum  
obtinere dices, quod Monachorum, Confessorum, Monasteriorum & c.  
injiciat mentionem, cum dici possit ob absentiam calliditate Hæreti-  
corum introductam simul consuetudinem & Confessorum obfuscata  
fuisse, ut ut simul ac Christiani existerent statim vita Monastica, ut Deo  
gratisima fuerit instituta. Quin & ex eo quod postea ejusmodi ritus  
orandi pro Monachis & confessoribus introductos, conceditur, potius  
probabiliter evincitur, sanctissimos Patres ab interitu vindicatuos has  
diu sopitas Liturgias ex iisdem restituisse postea quod defuit, non v. ex  
suo cerebello conficta addidisse. Nimis tandem jejunium esse *addes*, quod  
ex eò tanta antiquitas huic voci velit invideri, quod habeat Trilagium  
*Sanctus Deus sanctus fortis, sanctus immortalis. miserere nostri & gloria Pa-  
tri, gloria in excelsis*, utpotè quod multis seculis post in Officio intelligen-  
in Missa introductum. Quid n. Jacobus horum Autor non existeret, que  
Scripturæ ipsi inserta? Nonne n. legitur S. S. S. Deus Zebaoth, quò ipso  
quia Trinitas exprimat, quid facilius fuisset Viro planè divino secun-  
dam personam encomio Es. 9, 7. c. 6, 3. exornatam, nomine puta *fortis*  
condecorare & pauca in Scripturis reperta addere. Alterum v. totidem  
verbis in Sacris extare. Neq; obstare, *inquiet*, miscellam ratiunculam,  
quod non legatur citius in Ecclesiam introductum; Si n. illud statim ne-  
gandum esset, quod aliquando delituit pristinoq; post nitore restituitur,  
illeq;

(lllll) Philol. S.  
lib. 1. in h. l. p.  
m. 133. 134. 136.  
137. Junge Gerh.  
disp. 1. ex 1. Job.  
s. 6. 7.  
m. 3.

m. 48



Except. ad re-  
spons. de Syno-  
do Trulliana.

no. 10.

Adi Gerbar-  
dum in Exege.  
lib. 35. § 105.

no. 2.

illeq; primus Autor credendus statim esset, qui quid interpolare institu-  
it, cur tantoperè Lutherum religionis nostræ autorem refugeremus, cum  
nostrâ confessione detestanda foeditate ac cõmentis humanis in Pa-  
patu sanam veritatem coinquinatam tanquàm ex profundo puteo ex-  
traxerit, par n. esse iudicium de illis Patribus, qui tantum olim invetera-  
tum postmodum v. abolitum quasi nomen pristino usui demum conse-  
craverint. Reliqua concludes, quæ ab impietate liberari vix posse dicun-  
tur, ex præconceptâ opinione impiè impia pronunciarî, quod alibi ex-  
poneretur. Quæ vero porrò de corruptione ac vitiositate Synodi Trul-  
lianæ conqvesti fuimus, eludere conabitur Adversarius, eò quod iudi-  
cium hanc Synodum particularem vitiosamq; insimulantium tantum-  
modo sit particulare, adeoq; nil veritati præjudicet; Sed etsi sit corru-  
ptum concilium, non tñ. enervari argumentum, cum non sequatur: *Pa-  
tres in hocce Concilio nonnihil à vero abierunt, ergo & in hoc ipso quid huma-  
ni passi sunt*, cum sit consequentia ex *μὲν*. Imò cum nemo Missæ origi-  
nem in dubium vocaverit, nullam corruptionem metuendam fuisse. A-  
liam v. Adversario videri potest esse ratio eorum, ob quæ nonnullis in du-  
bium refertur meruit, utpote agentium vel de quorundam dogmatum  
definitione, vel Honorii hæreseos stigmatè percussione, vel quod Epi-  
scop. Constantinop. adæquat Roma: c. 55. aut præscribat Rom. Eccl. Le-  
gem jejunii & c. an legitimè idem factum sit. Certum aliàs certe 250. Epi-  
scopis idem conspicuum, saluberrimaq; plurima contra Monothele-  
tas promulgasse. Quin & nostrorum confessione inter universalia refer-  
ri, ut ex Helvicò, Boxhornio, Cluvero aliisq; edoceri posset. Græcæ Lin-  
gæ cum ulterius prima quasi origo Canonum Trullensium attribui-  
tur, eandem assertionem absurditatis cujusdam convicturus erit, certè  
conabitur adversarius, ex eò, quod Synodus hæc iis temporibus sit ha-  
bita puta à Constantino circa an. 680 quò Græca Lingva nullibi verna-  
cula, Latina verò omnibus nota, eandemq; quàm antea pollebat Græcæ  
prærogativa, Augusti mandato consecuta, ut Græcam longè antecere-  
t. Cui accedit, quod Episcopi Romani Legati aliq; Latini Concilio huic  
interfuerint, qui cum jam dum nonnihil prærogativæ haberent procul  
omni dubio curasse, ut in ipsis nota Lingva Canones promulgarentur.  
Ineptè tandem, *clamabis*, dici non evidentè dici in hacce Synodo ex-  
pressè denominationem à Jacobo non additam fuisse, utut rem ipsam  
forsan addidisset. Quod si n. Jacobus Frater Domini Missam instituit, ut  
hic verba Synodi confirmant, & inibi vocem simul indidisse quid cer-  
tius erit? Non tandem, *subjunges*, exemplum de Matthæi denominatio-  
ne eò



ne eò adductum esse, ut eò aliquid probaretur, sed tantùm ut *κατ' ἀν-  
θρωπων* neceretur argumentum, eandem esse rationem Liturgiæ Apo-  
stolicæ quod adhuc obrineret. Quamvis n. utiq; tanta Liturgiæ Apo-  
stolicæ autoritas non esset, quàm Evangeliorum, nihilominus tamen ea-  
tenus quatenus est Matthæi abstractivè consideratum à materia & do-  
ctrina Evangelium dicitur rectè, eatenus non plus habere fidei, quàm e-  
jusmodi Liturgiam, cum æquè illud constet ex auctoritate veterum,  
quàm hanc esse Jacobi, colligitur.

§. XXXIII. Sed nec hæc nobis veram extorquebunt sententiam. Quò  
v. arctius Adversarium constringere valeamus, monemus argumenta  
non fuisse ita membratim disseccanda oppugnandaq; , cum certum sit,  
haud rarò, quæ cæterà conjunctim evincunt fortissimè, solitariè omnem  
suam vim amittere, vel certè maximè diminui. Vellemus ergò, ut Advers-  
farius conjunctim quod habet, reposuisset. Sed quicquid sit, primo dubio  
satisfacturi dicimus primum argumentum necessariò nihil inferre, sed  
tantum hoc, non esse absurdum planè Spir. S. verbis jam in Ecclesia ju-  
xta adversarium tritissimis sese adstrinxisse, idq; ex Prophetis aliisque  
constare. Sed sic tibi onus imponitur probandi, quod certò Liturgia ista  
in iisdem terminis terminantibus fuerit, idq; rationibus evidentissimis  
erit probandum, quod hæctenus factum minimè. Nec quicquam ages, si  
dixeris, constare ex hoc, quia Paulus ex eò non nihil desumserit, nam hoc  
*καὶ νόμους* est, quod *ἐκείσεως* loco minimè hîc licet adducere (ut ut non-  
nunquam licere idem, non nesciamus.) Neq; insuper probabile est, ita  
Spir. S. se adstrinxisse ad Liturgiam quandam, ut integras periodos, easq;  
frequentissimas ex eadem descripserit, cum eadem perfuderit, idq; ea  
ratione ut ne verbum verbo non rarò disconveniret, imprimis cum ex ad-  
versarii confessione hæc Liturgia inter Canonica scripta referri ne-  
queat. Novimus quidem nonnunquam Viros *θεοπνεύστους* ex Poëtis non-  
nullas adduxisse gnomas, ut istud:

*Cres semper mendax mala bestia, venter iners.*

(aut, ut Caeterius suo judicio melius, *venter edax*.) integras tamen  
periodos, integros versiculos & tantùm non paginas, vix forsan pro-  
bare est. Sed quicquid tandem sit, licet hoc argumentum solum impar  
esset ad vanitatem, quâ Jacobo laudata Liturgia adscribitur, everten-  
dam, si in impiis eandem scaterere dogmatibus, juxtaq; cum Chronologia  
minimè convenire perpenderit, sancti Apostoli hoc scriptum non nisi  
absurdè dici confiteberis. Verùm & secundæ exceptionis vanitas facile  
detegitur. Non negamus nihil quicquam Hæreticos admisisse quò minus  
soler-

m. 40  
Resp. ad Ex-  
cepti. de Jacob.  
Liturg. verita-  
te.

(mmmmmm)  
lib. 1. c. 15. no-  
varum lectio-  
num.



*Resp. ad m. 2.* Solertes videri poterant in quibusdam exemplaribus Codicis S. vel pervertendis, vel interpunctionibus depravandis, l. penitus corrupendis, sicuti multis exemplaribus versum laudatum erasisse eosd. persuasissimum habemus, sed & sic tibi imponis impar humeris onus, puta probationis, quod idem, quod θεοπνεύτω verbo, huic Liturgiæ obvenit. Sed sit ita pari jam ambulent passu, certum tñ. erit jam nec ex omnibus exemplaribus erasum fuisse, utpote quæ omnia in Hæreticorum manus non pervenerunt, sicuti id certum est de S. Codice, in primis a. de Loco allegato constat, qui ut ut ex pluribus Codicibus sit erasus; legitur tñ. apud Cyprianum

(nnnnnn) *Tra-*  
*ctatu de unit.*  
*Eccles.*

(oooooo) *An-*  
*notat. Biblicis*  
*V. T. p. 224.*

qui ante Conc. Nicænum Arrianosq; an. 260. vixit (nnnnnn) Athanasiumq; qui cum Arrio disputavit, vide Qvistorpium. (oooooo) Qui ergo hunc vel unicus ex tot Ecclesiarum Episcopis non possedisset Liturgiam in primis hancce à tanto Apostolo profectam in eaq; vocem *ὁμοοίας* advertisset, ut in angustiis Nicænis protulisset? Non insuper possumus nobis imperare, ut credamus, corruptam eam esse vel sublatam ante tempora Hæreticorum, quos eadem vox oppugnasset, quales Macedoniani

*Resp. ad m. 3.*

& Arriani fuerunt. Ultimum v. demum impudenti prorsus ausu contradicit non Papæis tantum; sed & ipsi historicæ veritati, quæ ad hæc tempora nullibi refert Confessorum appellationem. Frigida quoq; addita conjectura, quæ pari ratione negatur, quâ affertur, non posse dari rationem, unde desumpserint, qui post Confessorum ac Martyrum nomen instituerunt. Quasi v. plurima non essent introducta & præter & contra Script. S., unde quæso ii hæc desumpserunt? Ex inanibus scilicet ac superstitione fascinatis cogitationibus, quicquid per febrim forsan incidit aut potius suggesit fabularum Autor omne id constitutum fuit.

*Resp. ad m. 4.*

§. XXXIV. Jejuna insuper est exceptio ad id, quod jejunum vocat Adversarius, quod dixeramus de Trisagiis aliquot seculis à Christo nato interjectis demum in Ecclesiam introductis. An negavimus istud totum in Scriptura diversis quidem in locis haberi, non sanè loca ab Adversario adducta ignoramus. An diximus Jacobum non potuisse eruere ejusmodi Trisagia ex Scripturis? Nequaquam verò. De posse non est quæstio quoad hocce Trisagium (Nam Liturgiam ejusmodi spuriam, uti totum quid est, ne quidem potuisset S. Jacobus conficere, utpote sibi ipsi dissimillimam) Sed an fecerit, illius hætenus desideravimus probationes, quæ cum hætenus non sint adductæ, certi adhuc sumus à Jacobo nondum fuisse concedita Ecclesiæ seu potius in eandem invecta; sed post hæc secula demum. Diversissima quoq; est ratio, quæ de B. nostro Luthero urgentur. Nam quod illum Auctorem nostræ religionis non agnoscamus id est ex eò, quod ab ipso Christo Apostolisq; nostram Ecclesiam fundatam sciamus, eorundemq; interpolatorem Luth., concedentibus Adversariis, certò confidamus. Demonstret verò nobis Adversarius, ab ullò Veterum Trisagia hæcce usurpata fuisse antequam in Ecclesiam fuere introducta.

§. XXXV.





§. XXXV. Devolvimur jam cum Adversario ad Conc. Constantino-  
 politanum Sextum, quod illegitimum & corruptum negat expressè Ad-  
 versarius. Habeas v. de eò sic nostram mentem. Non nescimus Conc. lau-  
 datum Constantinopolitanum in Trullo habitum an. 680. juxta Cluve-  
 rum, Helvicum & alios cum vulgo Oecumenicis accenseri, idq; eò, quod  
 contra Monotheletas conclusa cum veritate consentiant. Quin & maxi-  
 mam eidem debendam gratiam remur, quod simul approbarint ea, quæ  
 in quinq; aliis Synodis peracta fuerunt. Sed ex eò tn. quicquam virium  
 accrescere Adversario oppidò negamus. Nam utut eadem universalis  
 ac legitima statuatur, ei tn. nihil obstat, quò minus potuerit corrumpi  
 eiq; aliquid inferi, quod eò non pertineret. In primis cum ipsimet Papæ  
 confiteantur, sæpiùs tunc temporis idem accidisse. Disparitatem v. ratio-  
 nis inter ea, quæ corrupta vel errata conceduntur, videmus nullam. Re-  
 petimus a. quod diximus: Si non est absurdum in tanto Articulo pro ra-  
 & puppi de condènando Honorio Pontificiorū, de adæquatione Constan-  
 tinop. cum Rom. Episc. Patres deceptos fuisse, cur esset absurdū & ipsos in  
 hâc Nomenclatura impegisse. Græcâ insuper Lingvâ eundem conceptum  
 canonem adhuc defendimus, nihil moti ratione quod interfuerint etiam  
 Romani Episcopi Legatus aliq; Latini. Non n. ex hodiernorum plurimo-  
 rum Episcoporum Græcæ Lingvæ inscitiâ absq; injuriâ prima tempora  
 eruditiora judicare licet, ut quos pertinaciori industria literarum, quàm  
 armorum, (uti quidem hodie Episcopos multos reperimus) quod pluri-  
 morum annorum annales suggerunt, inclaruisse, constat (ut ut non igno-  
 remus de quorundam Episcoporum in Græca literatura imperitia Grego-  
 rium M. suo tempore conquestum fuisse, teste Casaubono (pppppp).) Nec  
 quoq; movemur prærogativa, quam Adversarius fingit errore Baroniano  
 fascinatus. Dicimus a. frustra Latinam Græcæ præferri aut eandem ullam  
 tunc temporis prærogativam habuisse, quâ coacti Patres in Trullo Cano-  
 nes hâcce lingua pronunciarint, utpote cujus ne vel probabilis quidem  
 adduci potest ratio. Nam quod Baronius ex jocularibus Augusti verbis  
 conjecturat, id ridiculum errorem, quò rem per jocum factam ab Augu-  
 sto sic accipit, quasi esset Principis edictum, cum Casaubono agnoscimus,  
 qui ipsum ex suis virtutibus, ut par erat, in Exercitationibus suis (qqqqqq)  
 ornavit. Nec minus ἀπεργασθῆναι est (addere & hoc ratiocinium liceat,) *(qqqqqq) Ex-*  
 quod cultus hâc Lingva Deo oblatus sit acceptatissimus, a deoq; & hanc *ercit. 9. num. 6.*  
 reliquas post se relinquere. Quasi v. Deus esset *pag. 165.*  
 aut totidem literis in hâc Lingva S. sibi fieri injunxisset, hujus certè ne *De latina Lin-*  
 vesti- *gua præroga-*  
 tiva,

DISP. IV.  
 DE DENO-  
 MINATIO-  
 NE MISSÆ  
 EX  
 PRES. M.  
 JACOBUS  
 RÖSER/  
 RESPOND.  
 REINHARD.  
 ROTERO-  
 MUNDO,  
 Brunopol.  
 Sax.  
 Resp. ad Ex-  
 cept. de Syn.  
 Trull. ad m. 1.  
 Resp. ad m. 2.

*(pppppp) Ex-*  
*ercit. 9. p. 165.*  
*(qqqqqq) Ex-*  
*ercit. 9. num. 6.*  
*pag. 165.*  
*De latina Lin-*  
*gua præroga-*  
*tiva,*

G



vestigium quidem monstrari potest. Imò cur quæso Deus hæc lingua non ipse usus est, cur in eâ non passus est scribi totum N. T. ? Cur non Romanæ Lingvæ primus locus, uti quidem juxta Adversarium debebatur, datus est Act. 2, 6. ubi lingvæ, quibus locuti Apostoli recensentur, sed quintus vel sextus? Sed quem o pigeret plures adducere simillimas prioribus rationes adversarii i. e. ridiculas: Ex eò quod Romani fuerint Reges Orbis, vel quod primò locò Latinâ Lingvâ in lignò crucis inscriptio posita fuerit, quod eadem divina Oracula sint expressa. Quasi v. apud alias Gentes diversissima ab hæc Lingva Oracula Dei vel non exprimerentur? Urgere equidem maximè solet Baronius ejusq; admiratores, pro obtinenda Latinæ Lingvæ prærogativâ, quod Martianus Imperator in Synodo Chalcedonensi verba faciens primò Latinè, postea v. Græcè locutus sit. Nec minus quod ex Actis Conc. Ephesini evidentissime colligatur, morem olim in Conciliis inolevisse, ut Rom. Pontificis Legati literas Papæ latinè recitarent, neq; nisi à confessu Patrum easdem Græcè verbas repeterent. Invicte tandem evinci posse prærogativam istam, quod Græci ipsi Missarum solemnia eorundemq; lectiones, tam Evangelica quam Apostolica primùm Latinè postea Græcè lecta fuerint. Sed hæc dubiola acutè & eruditè, ut solet, exemit Casaubonus. (rrrrr) Verbum addere singulis liceat. Si ex eò accrescit Latinæ Lingvæ prærogativa, quod Martianus Imperator eandem prætulit (ut nec hoc evictum sit) quid obstabit, quò minus & colligam: *Si noster Imperator Germanicè sua in Synodo quâdam Gallie exhiberet, Ergò omnibus præferendam esse Lingvâ Germanicam.* Quod cum sint absurdum judicaturi Papæ ipsi, cur prius iisdem eximunt? In alterò nullam observare possumus consequentiam, quia Latini Latinè sua prælegerunt primitus, non v. Græcè, Ergò habuit quandam prærogativam, minorem a. quam Baronius ex eâ deducit, ergò & Canones hi primò Latini conscripti sunt. Quid n. mirū, si apud intelligentes in sua lingua, utpotè in quâ optimè potest, sua proponere sivevit. Jam a. multis probat Casaubonus ab omnibus intellectam lingvâ Latinam, & tantum non omnibus usurpatam fuisse. Alia quidem fuisset ratio, si plurimi Latina non fuissent assecuti, neq; tunc quâdam quasi lege coacti fuissent vertere in Græcam, sicuti Germanorum non nisi in Svecicam Lingvâ versos Libellos supplices Holmiæ in Cameris nonnullis acceptari, observavimus ipsi, tunc forsitan aliqua non quidem istius Lingvæ, sed istius Gentes præ eminentia ac dominium in alteram probabiliter colligi posset, ut nec necessariò, sicuti ex coactâ versione Germanici Idiomatis in Svecicum, lingvæ Svecicæ præ eminentiam absurdissimè quis colliget, dominium v. in eos, à quibus exigere jure potest, hoc est in Subditos & Vasallos benè, quamvis in omnibus ne quidem procedat. Tertio nihil addimus, quam vacillare adhuc consequentiam, quam vis etiam optima fide Baronius consuetudinem protulisset. Nam consuetudine prælegendi Evangelia scriptaq; Apostolica non evincitur consuetudo eadem promulgandi Canones in Concilio quodam ex plurimis Græcis constante, cum cesset causa scil. ignorantia Græcæ Lingvæ, & scientia Latinæ, ergò & effectus cessare tenetur. Ut taceam Nicolaum primum longò tempore post, quam hæc Synodus celebrata est, vixisse, neq; de nostra certò perhibere hæc potuisse, vixit n. an. 858. cum ante bina secula ferè jam celebrata esset Synodus. Quin potius, fertur illud, falsum putamus. Si n. Latinæ lingvæ tanta prærogativa, quæ quæso factum est, ut beneficii loco interpretarentur, quod Legato Pontificis Johan. Portuensi indulgeretur, ut Missam publicè in Ecclesia Sanctæ Sophiæ coram Principe & Episcopo illius urbis celebraret. (sssss) Sed positò tandem promulgatos sic esse Latinè Canones, nec tamen sic evincitur nomen Missæ à Jacobo inditum esse. Quidni enim contingeret & contingere posset, ut quis non nihil institueret, cui tamen aliud

(rrrrr) Exerc.  
9. ad annum  
16. n. m. 8. pag.  
165, 166, 167.

(sssss) Casaub  
loc. cit.



aliud nomen imponeret, quàm à sequioribus temporibus eidem affricaretur, sicuti Jacobus forsan Liturgiam appellasset, quæ vox ministerium notat, quod postea nomine Missæ, quò abominabilem cultum obvelaretis, appellitastis. An olim hisce nominibus, ut unicum addam, Sacra Cœna venit, ut jam? non puto.

§. XXXVI. Quæ tandem de Matthæo ingeruntur iisdem fusè uberius satisfactum speramus. Si n. hicce modus probandi simpliciter ita procederet, tunc ipse non nihil poteris ex tuomet cerebellò conficere, siq; in compendium coarctare placuerit, omnes hæreseos vestræ autores, eiq; attribuere vel ipsius Augustini vel alius Apostoli splendidum nomen. Interrogatus v. unde scias esse Apostoli aut Augustini? Respondebis, quia nomen sibi hocce præfixit. Quo in ex tua sententia alius quispiam acquiescere tenebitur. Quod quàm absolum sit, ipse non negabis. Ex quò non potest non edoceri abstractionem ejusmodi mentalem ab auctoritate ac consensu Scripturæ factam nullius ponderis esse.

§. XXXVII. Sic jam credimus majoris ponderis (utut minimi fuerint) fulcra subruta esse. Operæ ergò adhuc pretium erit, ut minorum gentium munimenta expugnemus, quod quidem facile nobis pollicemur. Nam cum Adversarius respondet quærentibus, cur non & Evaristi, Telesphori aliorumq; produxerit testimonia, utpote quorum anniles Fabulæ maximè intentum Adversarii corroborarent, minimè horum testimoniis infringi, quin potius robur accepturum esse intentum, abstineri a tantum ab eorū auctoritatibus, quod non tam clarè nomenclaturæ Missæ inibi habeatur, quod nisi obstaret, non minori jure ad ipsos provocari, quàm ad Irenæum, Justinum, ut si non inferiores certè *συγγεγραμμένοι*. Vide B. lector, quanta sit impudentia Adversarii, quàm omnem planè pudorem ejuraverit, ut tot numeris spuria atque absurdissima quævis scripta vel cum sanctissimorum patrum scriptis conferre auderet, si tantum tam clarè nomenclaturam Missæ depromerent atque Pii primi. Quò ergò quantæ auctoritatis sint, quantam exposcant fidem constet dispiciendum erit. Scilicet ne minimam fidem merentur. Conjungemus autem laudatas tres Epistolas ut sibi prorsus & quæ stylom & quæ res magis quàm ovum ovo sibi similes, nisi quod Telesphori & Alexandri, plura adhuc Chronologica *παράλληλα* in conjunctione Consulium, hæc quidem conjungendo Trajanum & Ælianum, & in assignatione temporis Ælianum & Vetterem, qui non inveniuntur simul temporibus Alexandri, illa vero Antonium & Marcum addant) Qui v. florentissimi Lingvæ latinæ seculi viris Epistolæ incongruæ, barbaræ, solæcizantes plusquàm Gothicæ subjici poterunt? cùm certum sit, eo tempore vel nihil vel parum Latinam de sua elegantia remisisse. Testatur id Tacitus, utut grandi incedens cothurno, Plinius aliq; in argenteo licet seculo viventes. Qui cum illis temporibus conciliabis Evaristi phrasas: *Episcopi sunt obediendi.* (Telesphorus) *Non sunt insidiansi: Ab iis se cavere debent.* Jurabis certè secula sequiora XIII. & XIV. quibus in Latinitatis splendor sopitus jacuit, atq; Priscianus undiq; vapulavit, partus hosce enixa fuisse. Ne jam dicam multa pomposè de primatu Papæ haberi, imò unicè hæcce propositi habere, ut Pontif. R. primatum stabiliant, quò de tamen tunc si res certa fuisset, quis crederet in Concilio Carthaginensi non prolaturos fuisse Legatos Romanos, cum de primatu cum Carthaginensiu Legatis contenderent. Taceo jam altaria lapidea, quorum facit mentionem, quæ tamen vel Augustini tempora ignorant. Sed actum agere nunquàm volumus Adi Mornayum (tttttt) Gerhardum, (uuuuuu) suo gladiò Adversarios ut plurimum jugulantes. Adde Casaubonum de Epistola Anacleri ex confessione Baronii & Clementis absurdas recensentem.

Responderetur  
ad ultimum.

Resp. ad VII.  
Except. Princip.

(tttttt) Lib. 1.  
cap. 2. de Missa  
pag. 43.  
(uuuuuu) Lib.  
1. c. 9. p. 355. E-  
pitome Confess.  
Cathol.



Respons ad  
9. Except.

§. XXXVIII. Diluendum jam illud, quod invidium sibi Adversarius promittit, qui certo sciri possit, quâ Lingva Jacobus scripserit cum æq; Latinam atq; Græcam calluerit utpote *ἔγγυεν* & *ἰσο πνεύματ* & *ἀγία*. Magnam v. rem nobis dicit Adversarius, Jacobum scivisse Latine. Sed qui probatur Consequentia? Scivit Latine, ergo scripsit sua Latine, ergo in loco, quod in Græca longè usitatior Lingva, scripsit Latine? Ergo tamen in dubio hæres, inqvies, quâ in Lingva scripserit Jacobus, quis v. certos nos reddet an Latine scripserit Jacobus nec ne. Validissimum v. hoc est argumentum, si Diis placet, nec sine arte reservatum ab Adversario, ut agmen clauderet, Scilicet respondeo, quia certus jam redditus es, Jacobi nullâ ratione fictam illam Liturgiam esse, non opus erit ut disquiramus, quod Idiomate conscripta fuerit, cum jam constet esse neutiquam posse Jacobi, cum non entis nullæ sint affectiones.

(xxxxxx)  
Lib. I. Offic.  
cap. 4.

§. XXXIX. Sed dices, ex positis nos disputasse, adeoque sic quoque ex positis repositum hocce fuisse. Resp. rectè, si constaret, diximus, de veritate hæc, quod sit Jacobi, tunc probabiliter certè colligeremus instar reliquorum Græcè eundem scripsisse, utpote per omnem terram, lingua notissima, ut vel ex Tullii exemplo (xxxxxx) discere est, dum inquit: *Ego semper Græca (more recepto) cum Latinis conjunxi*. Quæ autem dicuntur de diuturnâ consuetudine, quam inviti Hierosolymitani subierunt cum Romanis, ex quâ cognitionem Lingvæ Latinæ hauserunt, quid faciunt ad rem? Anne ergo eam Lingvam, quam minus usitatam ab exteris acceperant, Lingvæ certè usitatissimæ prætulissent? hoc sanè, quæ nostri ingenii tarditas est, assequi nequimus. Quin potius ex eò, quod exosi jugum Romanum quotidieque illud execrabantur, concludimus, simul & Lingvam iis quidem adhuc temporibus abominatos fuisse. Nequè enim hoc unicum fuit obstaculum omnimoda disconvenientia Lingvæ Ebrææ ab Ægyptiacâ, ob quod Israëlita in Ægypto eorundem notitiam non perceperunt, quod aliis non fuerint immixti, quamvis utique maximum fuerit hoc obstaculum, sicut & de Ebræâ & Græcâ & Latina, ubi si non major certè eadem disconvenientia est, idem dicere possemus; Sed quod duro jugo pressi Israëlita indignam Lingvam censuerint, cui quicquam attenderent. Observare certè id licet in durioris conditionis servis & mancipiis Livonicis, qui cum Germanorum duriori, ut tñ fert eorundem conditio, coercentur imperiò, odio, utut vel 30. annis perpetuò cum Germanis vivant, vix tñ. decem vel viginti addiscunt vocabula. Sed dicit Adversarius, quamvis non omnes addiderint Romanam Lingvam, certum tñ. eandem fuisse communissimam totius orbis, qui maximam partem victricibus armis Roman. subjungatus erat, adeoque maxime probabilè esse, Jacobum omnium vel plurimorum habiturum rationem latineq; scripturum fuisse. Verùm concessio, quod tunc temporis communissima fuerit Lingva Romana, nec tñ. sic sine suo Jacobus destitutus fuisset, quando Græcè primitus scripsisset postmodum v. vertiturasset in Latinam. Quamvis Lingvam Romanam tunc communissimam non largiamur, ut Græcæ in primis eandem eò tempore primas dedisse, certissimi sumus.

§. XL. Monstrandum jam est, quod frustra nitatur à se absurdum quoddam amovere, absurdus v. in nos devolvere ex eò, quod nihil absurditatis involvere censet, hominem Ebræum aut Græcum Latino sermone non nihil profetere; ut magis magisq; amplificet Dei honorem. Quamvis n. simpliciter hoc absurdum non sit, imò id sæpissimè ab Apostolis factitatum in peregrinis regionibus certum sit, quæ tñ. hic fuerit necessitas, quæ Apostolo huic imposuerit aliud usurpandi Idioma, nullibi apparet, cum nullibi non Lingva Græca fuerit intellecta, ut scopum Apostolus consequi & ea facile potuisset. Hæc ergo necessitas cum sit nulla, cur non potius statuerem⁹ eundem Græcè eandem scripsisse.



plisse. Sed nihil hæc moratur Adversarius, quin quod nihil intermittat, quod absurda absurdis cumulet, quicquid tandem sit, inquit: Sit Græca Lingua antiquissima, nil tamen obstuisse hanc Marco, quod minus Evangelium suum Latine conscripserit. Egregium v. fundamentum, quod ipso superstruendo obscurius. Unde a. probas Marcum primitus Evangelium suum Latine scripsisse? Scilicet superfedere poteris probandi onere jure, quia hocce effatum fidem merebatur; sed aut erubescabas auctoritatem Papæ Damasi portus intuiti, ad quem confugere soliti sunt, aut eundem ignorabas. Si hoc omnis eruditionis te expertem ac in propria historia tuorum peregrinum te prodis. Si v. dissimilavit, quod verisimilius est, omnis probitatis & ingenui candoris, quod Theologum in primis decebat, ut de Maldonato, Clementis Epistolam ad Jacobum supponente, Casauboni mea faciam, (yyyyyy) non nesciente Librum de Vitis Pontificum non Damasi Papæ esse, sed Anastas. Bibliothec. auctorem esse, expertem dicimus. Suggestemus in probationem Adversario, ne nimis frigidè discedat. Est a. illud vulgo, quod afferri solet, quia variis constat Latinismis, ut *κατοδία, λεγιών, μαπέλλον, απεκαλάτωρ, ταβέρνα* &c. Verum o egentissimum Patrum patrocinium! quasi v. Evangelistæ reliqui, non tot imò pluribus & Latinismis scaterent, sic nonne *ἀσάριον* Matth. 10, 29. *δενάριον* Denarius Matth. 18, 15. *ἰσθ* Act. 1, 23, cap. 18, 7. *κῆνος* Matth. 17, 25. *κολονία* Act. 16, 12. *λεγιών* Matth. 26, 53. *λέπτον* Johan. 13, 4. Vide plura apud Meierum (zzzzzz) rectè hinc inde confarcinata. Cur non ergo & primam originem eorum tribuis Latinæ Lingvæ, si tanti apud vosmet valet ratio isthæc. Subodorati sunt emunctioris naris Pontificii, imbecilliolem esse hanc Conjecturam, quam ut tantam rei fidem evincat, data quæve responsionis ansam suppeditarunt Sixtus Senensis, (aaaaaa) Benedictus Justinianus, (bbbbbbbb) Ludovicus de Tena (ccccccc) cum quibus Pontificiis Pontificiis prius congregiatis. Jejunæ v. alia argumentula Bellarmini (ddddddd) continuator Baronii ad annum 45. exponet forsitan Dn. Adam: Tribechovius P. P. Kiloni, si ut capit, perrexit: add. Gerhard. (eeeeeee)

§. XLI. Sumus jam ferè in portu. Desperabundus n. Adversarius tandem largitur, si liberalitatè ac largitionem interpretari malis, quod necessitas ipsi extorsit, cõmentitiam esse Jacobi Liturgiam, prætendendo alios esse fontes ac robora, quæ nobis opponere queant, ut non opus sit, ut quis necessariò ad hæc tela confugiat. Scilicet probè videbat, quam hæbetiora hæc tela sint, ut ab accuratioribus Papæis ipsis relinqvantur. Confugit ergo potius ad Liturgias Petri & Pauli. Sit ita, inquit. Ex Liturgia Jacobi nihil posse probari, supplere tamen possunt hujus locum Petri & Pauli, quæ Latine consignatas esse, non nisi ab imperitissimo quodvis ambigi posse, ut scripta Latinis. Præclarè sic suo officio defunctus Adversarius sibi videtur; Sed sibi tantummodò. Ficta hæc vana quæ; vel ipsi Adversario sunt, si id, quod suggerit ei liberior conscientia, depromere vellet. Non enim immeritò verbo, ut chartarum angustias inserviamus, consequentiam ac sequelam, quam stolidam putamus, sic confirmatam, negamus. Quæ n. malum, dementia est, sic concludere: Petrus & Paulus sunt Autores hujus Liturgiæ, quia nulla est repugnãtia, quo minus conscribere potuissent? Nihil repugnavit eertè, quo minus ementito sexu, Papale quæpiam conscenderet solium, antequàm institueretur illud obscœnum, si vera sunt quæ narrantur, remedium. Ergone Johannes VIII. fuit femina? Bellarminus potuit exercere Sodomiam, ergo exercuit? Sixtus IV. amphora ista Bachi per trimestre indulgere potuit Sodomiam, Ergo concessit? Athanasius Kircherus potuit adjuvari Cacadæmonis gratia in tot tam quæ; variis profundissimæ eruditionis scriptis erudito orbi proponendis, ergo fuit adjutus? Vix unum largientur Pontificii, cur ergo ipsi a posse ad esse progrediuntur? Probandum ergo fuisset, quod sint certò Petri & Pauli, quæ ipso rum nomine exitiali mendacio turgent. Ut v. ad rem ipsam accedamus. Nec Petri nec Pauli esse posse concedimus, nec si esse possent, necessariò Latine essent conscriptæ. Non postrius quia notum quod Paulus sive quispiam alius ad Ebraeos quoque conscripserit Lingua Græca, quid-

Resp. ad X  
Except. ad  
priora resp.

yyyyyy) Ex-  
erc. 15. p. 238  
in enodat  
c. 4. ad ann.  
32. n. 28.

(zzzzzz)  
part. 1. p. 250  
ad 80. seqq.  
(aaaaaaa)  
Lib. 1. Bi-  
bliothec. S.  
(bbbbbbbb)

in c. X, 1. Co-  
rinth.

(ccccccc)  
Lib. 3. dist.  
c. 6.

(ddddddd)  
Lib. 2. de V.  
D. c. 7. & 18.

(eeeeeee)  
Lib. 2. Art.  
1. Conf. Cath.  
p. 256.

Resp. ad X.  
Except.  
m. 1.



m. 2. quidni ergo quispiam ad Latinos scripserit Græcè, imprimis cum Græca Lingva fuerit tunc temporis omnium vulgatissima. Falsum insuper, quod Latini aliam Lingvam tunc temporis absq; interprete neutiqvàm intellexerint. Contrarium evincunt Histor. Romanæ. Non prius largiri possumus, quia non minus atq; Jacobi elumbioribus scætet Solæcismis Chronologicis, ob quos Jacobi antea citra absurditatem sub Jacobi nomine prælatam eidem non posse attribui, diximus, nisi in hoc absurdior Jacobæa, quod Petro illi in sua Liturgia recensentur nonnullæ personæ, quas 200. aut quot excurrit annis B. Vir antevertit, Agneta, Cæcilia, Barbara & Juliana, quarum, qui B. Vir meminisse potuerit, quis divinando assequeretur. Ut jam omittam incommodiores locutiones, quæ vix congruent cum sanctitate sanctissimi cujusdam viri, ut quod merita sua in precibus suis connumerasse legitur. Non hoc redolet Sancti cujusdam viri Spiritum. Non urgebo alia. Hoc v. non possum non attexere, quod eidem Liturgiæ quædam initio adjecta, & medio quædam addita, & fini nonnulla at-texta vel scribæ negligentia oscitantiaq; vel malitia aliorum confiteantur ipsi Papæi. Jam autem si hoc est, qui ex illis quicquam probaveris? Quis te certum reddet annon & hæc addita sint de Missa in seqvioribus seculis.

Except. ad Resp. prior m. 1. m. 2. m. 3.

S. XLII. *Obvortes verò*, non sic simpliciter concludi. Petrus potuit hanc conficere Liturgiam, ergò confecit, sed sic longè alia forma. Quia hæcce de Petro extat, subq; nomine Petri, nihilq; eò indignum continet, valdè probabilè est, eandem ab eodem conscriptam esse. Neq; absurditatis convincere hocce hanc Liturgiam, quod posteriorum temporum nomina habeat. Ex hæc n. nihil aliud magis evinci, quàm eodem tempore privata quorundam Pontificum devotione pro suo cujusq; affectu eos, quos peculiari pietate colebant, sibi putabant in Patrocinii suffragium addendos esse, peculiariter additos esse, quod non posset negari, ex eò tamen non seqvi ob hæcce addita Liturgiam Petri non esse Petri. Nihil autem habere periculi, perges, quod à nonnullis etiam Missalia tractantibus prætermissa sint, utpote, quod factum putandum, aut quod eadem nihil à Romanâ distet, aut quod nemo unquam eò impudentia progressus fuerit, ut de ejus autore vel existentia dubitaret.

Resp. ad Except. m. 1. m. 2. m. 3. & 4.

S. XLIII. Sed paucis dimittemus & hæcce exceptiunculas. Scilicet sic omninò perperam ab Adversariis conclusum est. Quod si v. paulò candidius sic inferet, uti quidem ejusmodi exceptio colorem mentitur, quomodo quæso de Petri Liturgia subsumet. Annon est indignum Petro, quod partim *ερεγγόδοξον* partim Solæcismi inexcusabiles immiscentur? Imò, si vel ita subsumserit, titubans tn. adhuc est seqvela. Quia hoc scriptum nihil indignum habet Petro, Ergò est Petri? Nonne n. ab aliò viro minimè *θεοπνευστον* ejusmodi scriptum consarcinari posset, quod conforme Script. S. esset scriptisq; Petrinis? Circa alterum verbò nos expedituri, omninò omnia luxari concessis additamentis asserimus cum Dorscheo. (fffff) Et certè conscientiam tuam interrogas, qui satisfactorius sis Adversario neganti hujusmodi scriptum esse hujus vel illius Apostoli, quomodo sis persuasurus, hoc & non illud, illud non v. hoc esse adjectum, quò in ipse acquiescere possit. Nonne semper iste ambiget, annon idem, de quò controversia est, additū sit, idq; eò magis, cum ad Veterem quendam Patrem tibi provocare non detur. Nobis certè certissimum est, ejusmodi anniles ac rancidas fabulas ab eodem proficisci neutiqvàm potuisse. Urges quidem modum tunc temporis receptissimum Non quidem nescimus nonnunqvàm apponendi libidini plus nimio indultum fuisse, mirumq; in modum eo puritatem Christianam conculcatam. Sed tamen ad eam non confugimus, nisi prius de Scriptore quodam exactè constet, tunc demum tempora hanc fenestram judicandi patefacere liceret, tunc, quodcunq; supposititii demum, quorum plurima tn. in in ipsis S. Patribus obelo suo notarunt Papæi eruditiores, ut ex Aristarchis Lovaniensibus constat, qui vix unicum Augustini Libellum lima sua intactum ac non per-



strictum relinquunt, (vide Dorscheum de Ecclesia) accipiendum esset pro genuino solummodo; nonnulla delenda forent. Quod si hocce, cur non in quaestione ista constituti, an Marcus sit paraphrasis Syriacæ A., affirmativam defendunt Papæi, atq; Objectiones afferri solitas, quarum princeps est, quod nulla scripta nondum extantia tempore Marci versa sint, respondent hanc à piò quòdam Viro, eòq; Syriacam Linguam edocto additam fuisse, quod an nobis Bonfrerius negativam rectè defendens, concessurus sit, valde dubitamus. Ergò hancce methodum quædam probandi negandiq; haud commodè procedere quivis sanæ mentis videt.

m. 5. 6.

§. XLIV. Ad ultimam tandem devenientes calliditatem pariter & stupiditatem in adversario miramur. Si n. quod est illud perfugium, certè absurdissimum quidvis palliare poteris. Ita satisfactorius interroganti, qui contigerit ut ne unus Sanctus quidem Pater vel verbo ejusdem meminisset, promptissime eò factum dices, quod neminem eò impudentiæ progressurum sperassent, qui id sit in dubium vocaturus. Sed si curiosus es neq; fabularum rancidarum mancipium, sic tibi ipsi nemo satisfaciet. Sed sufficiat responsio hæc. Quid v. respondebis quærenti, cur illi ne quidem verbo ejus rei mentionem fecerint, qui summa cum industria Liturgias hinc inde conquisiverunt, cur isti de his planè nihil habeant? Certè si dixeris, quia extra controversiam positum autumarunt, cuius tantum non ab omni iudicio derelicto risum ac bilem movebis. Istis enim propositum erat comportandi omnes Liturgias, ut titulus habet, sive in, sive extra controversiam positæ sint.

Respons. ad Vitum.

§. XLV. Abire jam poteramus atque in dictis acquiescere protractis, discussis ac rejectis rancidis istis ac nonnisi in speciem confictis ratiunculis, quibus se involvere ac anxie sæpè, ut mentiretur colorem, sese torquere adversarium experti fuimus, nisi animo sederet & eas dispellere nebulas, quas contumax defensor adducere posse videti poterat. Dixit ergò hicce, quamvis illorum vel Patrum scripta, vel Pontificum decretales, quibus cætera non omnis fides deneganda erat, patrociniū implorare non sustineret, quod vel ipsa Jacobi tempora attingeret, ex eò tñ non de derivatione ejusd. Ebraica statim ambigi mereri, cum veterustiores Patres, ut ut non primi aut secundi seculi, nomine hoc sacrificium illud incruentū insignire voluerint. Ex quibus à Bellarm. laudatus Ambrosius, quem hujus nominis mentionem injecisse de Missa (ggggggg) nemo negare quiret. Jam a. ex suo cerebello confictum (ggggggg) quicquam obtrudere voluisse orbi sanctissimum huncce Patrem haud est probabile, quin potius ex quodam scripto diu quidem occultato sicuti plurimistunc temporis idem fatum contigisse historia Ecclesiastica satis testatur, protraxerit, atq; sicuti olim appellatū sit, constituerit. Adde negatum in superius apud Græcos legi hancce vocem, quod tñ. contra *ὡτοψίαν*, cum apud ipsos reperiatur vox *μίσση*, quid ergò ulterius desideraretur?

Objectiones  
ba quod  
Ambrosii ha-  
beat.

(ggggggg)  
Lib. 1. c. 10

§. XLVI. Ast & hæcce glacies perfringi poterit. Quò v. primò vultu intueberis Baronium, cui in faciem contradices, utpotè quem omnium hujus Sacramenti nominum hoc esse antiquissimum, asserentē superius audivimus. Sed si ne hujus quidem, hujus similitates facias, non tñ. ad evincendam cujusdam vocis Ebrææ vel antiquitatem l. derivationem autoritas sola Ambrosii juvabit quicquam, vel tuorum ipsorum confessione. Bonfrerius Jesuita Duacensis (hhhhhh) sollicitus de Canonicâ Libri tertii & quarti Esdræ auctoritate, sic sese expedit: *Non est Canonicus, quæ ambrosius Athanasius serm. 3. contra Arrianos ex Lib. 4. c. 3. Esdræ & Ambrosius Lib. de bon. mort. c. 10. & 11. quicquam ex eò deducant. Resp. n. August. non esse Canonicū. Nullus n. Patrum videtur hos Libros pro Sacris habuisse, præter Ambrosium.* En fraterculū tuum, cujus *πολυαναγιωσίαν* & *πολυμάθειαν* neq; mirari neq; prædicare satis possunt, (quæ sunt veraa Casauboni de Baronio in Epistola Dedicat.) in superius habita auctoritate Ambrosii aliam apprehendere opinionem; ut ut in hac decisione quædam desiderari posse haud inficiemur, Sed & hoc observari meretur, quod Ambrosius Latinus ignarus Ebrææ Lingvæ de eadem

Respons. ad  
Obiect. an-  
tec. proxi-  
mè.

(hhhhhh)  
in præloq.  
in totam  
Script. Sac.  
pag. 13.



Eadem sollicitus esse vix potuerit, eodemq; tempore vixerit, quò Missa jam celebrari cœpit, utut neutiq; ea, quæ audit talis, Papæis, ut sequens evincet paragraphus. Sed quid hoc ad originationem Ebraicam? Non probabile, quod insuper additum, Ambrosium confinxisse id, ut absq; ratione & probatione prolatum, sic etiam rejici posset. Quamvis etsi dicamus quod ab aliis vox Missæ fuerit usurpata, nihil quicquã contra nos sit obtenturus. Sequetur et alios vocem in Latina Ecclesia usurpasse, quod nobis, utut falsum sit, nihil tñ. officit. Ex tenebris a. Ambrosium traxisse merâ nititur conjectura. Quando tandem Græcorum fides adducitur, apud quos legatur vox Missa, fatemur eq; idem legi vocem *μίσση* in Græcorum monumentis, sed Autorum mediæ ætatis, qui ante ann. præter propter 700. de re militari scripserunt, vide Casaubon. (iiiiiii). Sed de his non est quæstio; sed Patribus primorum temporum, quæis in ut invenias, frustra desudabis. Quid quod laudati Autores pro vespertinis ac matutinis præcibus, non v. pro Sacramento usurparint. Quid egrò ex eò contra nos obtinebitur? §. XLVII. Et sic jam ad alteram ejus, quod polliciti fuimus, partem paucissimis devehimur. Licet a. vel maximè aut ex Ebræo, aut ex Græco ortam esse Missæ vocem agnoscere tandem cogeremur, quod tñ. ne minimò indicio hæcenus evictum, sic speramus, est, illudq; ab Ebraeis ad alias Ecclesias promanasse, nihil tñ. causæ esset, ut de eò sibi gratularentur Papæi, atq; ab antiquitate conspicuum nomen fictitio suo cultui inderent. Quid n. ipsis fuisset Missa, oblatio quædam, quæ vel afferretur l. mitteretur l. mensæ sacræ imponeretur, idq; ab omnibus gratitudinis ergò, vel in pauperes sponte erogaretur juxta eruditorum observationes, utut non nesciamus nonnullis rectius videri idem fuisse, quod dimissio, eò quod populus tunc dimitteretur, quod ex Plutarcho & aliis per *ἀφένω* intelligi notavit Casaubon. Sed quid quæso hæc paritatis habent cum eò cultu, cujus hodiè detestanda foeditas honestissimo nomine Eucharistiæ cohonestatur an dicam obtegatur; Sacrificium incruentum pro peccatis & mortuorum & viventium institutum, à *νεφελαίοις* Bellar. hocce dicitur, illud v. antiquioribus pro exeundi potestate accipitur, qui igitur citra puerilem lapsus, quod totò genere ab aliquò differt progredieris, eadèq; voce illud extitisse antiquissimè evicturus es. Helleborò certè ejusq; parte maxima, quò caput purget, indiget, qui ita argumentatur. Sed hæc alius fori esse videntur, in cujus castra citra notam *μεταβάσεως* concedere nequimus.

§. XLVIII. Ne tñ. in suspenso & incerto teneatur Lector, cum tñ. reprehensam Originationem Ebraicam perspexerit, verbo quid sentiamus adjiciemus, deprecantes rectiora senturos. Arbitramur vocem hanc circa medium vel exitum seculi tertii usurpari cœptam non antò usu jam pro dimissione populi, celebrata Eucharistia, jam, ut fieri sivevit, ipsam Eucharistiam ea denotant, post, plurimis interjectis seculis, cum Idololatriæ hicce cultus ab horrendo Satanici beneplaciti mancipio ederetur, spurcissimo huic partui splendidum nomen quaesitum, tandem à jam laudato profligatæ turpitudinis homine hocce nomen inditum esse, quo antiquitate defenderetur ritus quoquo modo inductus, ut Tacitus loquitur, atq; vitium velaretur virtute, quò in ne quid novi augurari mens nostra videatur mirum sistimus hæc in arte artificem Baron., qui non raro recentissimo commento antiquitatè cõminiscitur, ut haud raro ob id vapulat Casaubono, quem ut acutissimum harum antiquitatum perscrutatorè commendantes concludimus, si aliunde ortum traxit ex Latino Missa seu missione olim optimam vocem dispari consilio mutatam fuisse. Quid v. Res ipsa sit anq; ullum fundamentum in re obtineat Theologi evincere solent. Ex quib. ulcus maximè tetigisse putamus Dorschei tract. singul. contra Herber. & Mornejum, quib. addere possumus ostensionem summariam D. Gerh. Titii, quos cupido lectori commendamus. Et hæc quid. solius veritatis amore deducere volumus, ut stimulus tantummodo in conscientia relinquatur illis, contra quos disputavimus. Si veritatem ubiq; affecuti fuimus, est, de quo nobis gratulemur, sin minus *πιοι κιν εγγροι ειοι*, meliora monentem sumus secuturi alloquentes Lectorem isto Lyrici:

— — Si quid nobis rectius istis,

Candidus imperti.

Τῷ Θεῷ τῆς μεγαλειῶς δόξης.

(iiiiii) Exercit. 16. ad annum 34. m. 59. p. 421.

Missa quid olim fuerit.

(kkkkkkk) c. 4. à p. 87. ad 91.



05 A 2129

ULB Halle 3  
003 782 638




201











EXERCITATIO PHILOLOGICO HISTORICA  
PRIMA

18.

De  
**Fictitia Denomina-**  
tione Idololatrici Sacrificii Missæ  
à Papicolis

Ex

מִסְכֵּי

*Deutero: XVI. Comm. X.*  
erui solita;

Jehovæ Gratiâ,

*In Illustrissima VVittebergensi*

SUB PRÆSIDIO

**M. JACOBI Rösers /**

Sondershusâ Svartzburgici,

*Publicæ Φιλολογικῶν ἐξετάσει*  
*sistitur,*

à

**CHRISTOPHORO Zeubern/**

Levvenhagensi Borusso

*ad d. Octobris horis antemeridianis*

In Auditorio Veteri.

WITTENBERGÆ,

In Officinâ FINGELIANA exscribebat MICHAEL METER,

Anno c1b 1oc LXVII,